




...um est autem  
... corpus me  
... ante spiritui.  
... primo instati  
... animatum aut  
... aug. tradidit: autor

... ratio sic in artu  
... est ipse respectu  
... d. h. q. d. in q. d. d.  
... h. s. sic alle m. f. e.  
... nes virgo posset g.  
... tu aut ad tertiu d. r. l.


... principaliter ratio coceptionis  
... in instati, duplici rone. Prio quis  
... turem agentis infinitam. s. spiritus  
... er quem corpus christi est formatu:  
... tu est. Tanto enim aliquod agens  
... materiam disponere, quanto maio

... fuit in instati formatu.  
... us christi formatu est ex purissi  
... ibus virginis: vt supra habitu  
... oruit esse ma illa in eode instati  
... aro: qz sic ma simul fuisse sub  
... nis. Ergo aliud fuit instans. in  
... it sanguis, et aliud in quo pax  
... umata. Sed inter qz duo inf

























Handwritten text in cursive script, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is difficult to decipher but appears to contain several lines of a letter or note.

142



El autor es Brito de la Jara  
Guillermo de la Jara

S. P. de la Jara  
1722.




Tertius Liber sententiarum  
 De Incarnatione verbi  
 ac generis Humani repara-  
 tione. Et Virtuti-  
 bus. In. 40 Distinc-  
 tiones diuisus -

Postq̄ Magister in primo libro agit de  
 deo secundum se seu secundum rationem  
 suam naturalis perfectionis. et in 2<sup>o</sup> libro  
 agit de eo demum secundumq̄ eius potentia re-  
 sultet in effecti creaturis. Agit in hoc ter-  
 tio libro consequenter de eo in quantum e-  
 ius sapientia repletur in effecti humani  
 reparatus. Et diuidit iste tertius Liber  
 in tres partes seu tractatus principales. In  
 quartam prima agit de ipsa verbi incarna-  
 tione a principio libri usq̄ ad decimam  
 quintam distinctionem. In. 2<sup>a</sup> agit de  
 eiusdem verbi q̄ termini incarnati passione  
 usq̄ ad vigesimam tertiam distinctionem.  
 In. 3<sup>a</sup> parte usq̄ ad finem libri determi-  
 nat de honorum et virtutum perfectione.

~ Distinctio Prima qua incipit  
 cum venit igitur plenitudo temporis etc.  
 In hac distinctione que quattuor capitibz  
 absolute tria facit magister. Primo enim  
 usq̄ ubi (diligenter vero) ostendit quid sit in-  
 carnatio. Secundo usq̄ ubi (si vero quæritur)  
 deducit qualiter deus sit filium ipsum incar-  
 natum

222 folios





mani. Tertio usque ad finem destinationis  
inquirunt an pater et spiritus sanctus potue-  
runt incarnari. quae in episthormi re-  
data sic habet.

Secundum Apostolicam auctoritatem  
et ueritatem deus misit filium suum in  
tempore plenitudine. quod est tempus gra-  
tiae et ueritatis. in quo per charitatem fie-  
ret legis impletio et uerificaretur patribus  
de saluatione facta promissio. est enim su-  
iusmodi missio dei uisibilis eius incarna-  
tio. quae quidem magis filio quam alijs diuinis  
personis congruebat ob tres (inter alias ra-  
tiones. prima quarum sumit ex appropi-  
ato filij. quod est sapientia congruam ecc-  
niam fuit ut qui in sapientia omnia con-  
diderat per sapientiam restauraret omnia  
quod confirmat auctoritate euangelij de  
muliere querente dragma perditam  
Secunda ratio sumit ex ipsius filij origine  
quod est ab alio. ac proinde primo missus est  
filius qui est a solo patre. et deinde missus  
est spiritus sanctus qui ab utroque procedit  
tertia sumit ex proprio ipsius filij qui est  
imago patris. et congruum erat. ut qui in  
diuinitate erat filius dei. in humanitate  
fieret filius hominis. quod auctoritate Au-  
gustini stabilit. ex quo inferat quomodo est  
filius dei et hominis. qui est uerus deus  
et homo. ac ideo non confitemur duos filios  
sed unum manere in diuinitate substantijs  
itaque altera per alteram non destruitur  
neque una in alteram transeat ut distinde  
non

cum Lu-  
cerna ac-  
censa.





non sint sicut illa que miscentur ad invicem  
 sed potius sicut unita. Per hoc tamen  
 non negat quin et pater et spiritus sanctus  
 incarnari potuerint, ac possint modo, quo-  
 niam omnium trium personarum unica  
 est potentia. Quod si quis obicit quod indi-  
 visa sunt opera trinitatis ac per consequens  
 quod non potuit filius sine patre et spiritu  
 sancto carnem assumere. Unde videtur in  
 feri quod omnes simul fuerint incarnati  
 concedamus quod aliquid potuerit facere fili-  
 us quod non pater et spiritus sanctus, quod  
 omnino falsum est. Respondet quod indivi-  
 sa sunt opera trinitatis sed sic filius assumpsit  
 naturam humanam quod ad ipsum est assum-  
 ptio terminata et nihilominus ~~habetur~~ tale  
 misterium est quod tota trinitas operata est  
 illud. Sicut enim est una indivisibilis triu-  
 personarum substantia. Sic et operatio una  
 et propterea non dicimus sanctam tri-  
 nitatem ex virginem natam sed filium tan-  
 tum, qui solus homo factus est. et hoc per  
 duo exempla declaratur scilicet de columba super Christum descen-  
~~de voce patris~~ et quoniam filius solus  
 fuerit incarnatus tamen incarnationem  
 cum patre et spiritu sancto operatus est.  
 et hec de littera distinctionis, quam mag-  
 ter latius prosequit adductis precipue au-  
 toritatibus ad galatas 4. psalm. 101. isaia 9.  
 1. psalm. 133. Luc. 15. Augustini de ec-  
 clesiasticis dogmatibus. de fide ad Petrum. ca-  
 pite. 2. Idem in enchiridio. et. 1. de trinitate  
 cap. 4. matth. 2. et. marc. 1.

*[Faint handwritten notes in the right margin, partially overlapping the main text.]*

ante que spiritum  
 sanctum presigna-  
 bat. et de voce patris  
 ad ipsum filium direc-  
 ta cum dixit hic est  
 filius meus dilectus  
 Joannes. 1. ad Philip  
 2. ophes. 1.

Ex qua tres eliciuntur conclusiones in quibus  
tota



ex qua ~~incarnatus~~  
 elicit conclusus in  
 qua eius summa con  
 sistit quae talis est //  
 incarnatus est ~~in~~  
 subulis dei <sup>filij</sup> missus //  
 quem magis congru  
 it incarnari quam  
 vis et pater et spiri  
 tus sanctus incarna  
 ri potuissent //  
 metrica sic  
 implet tandem de  
 cetero tempore missus  
 a gremio patris filius  
 ipse sui est.

tata ipsius summa consistit uelunari  
 Prima conclusus visibilis dei filij missus membri  
 est ipsa verbi incarnatio  
 2<sup>a</sup> Sicut etiam a qualibet divina per  
 sona potius summa natura assumi nul  
 la tamen personarum ita congrue summa  
 nari potius sicut persona verbi est filij  
 3<sup>a</sup> conclusus quamvis pater et spiri  
 tus sanctus incarnari possent si voluissent  
 aut scelerit ad solum tamen filium car  
 nis assumptus terminata est.

Dubia literalia siue tex  
 tus expositio

Contra illa verba Apostoli in principio pri  
 mi capitis (cum uenit plenitudo temporis)  
 Arguit q. in aduentu filij dei non fuerit ple  
 nitudo temporis. quoniam. i. corint. 13. di  
 citur ex parte cognoscimus et ex parte pro  
 phetamur. sed plenitudo euacuat quod ex  
 parte est. ergo uidee q. plenitudo temporis  
 nondum superuenerit. Item Matt. 13  
 de sagena quam cum impleta esset et gl  
 sa explicat de fine mundi. ergo non uidee  
 q. ante finem mundi sic temporis plenitudo  
 R. tamen ueridicam q. tempus in carna  
 tionis dicitur tempus plenitudinis multi  
 plici de causa. primo q. deus impleuit quo  
 profuerat. unde super illud galatas q. ac  
 ubi uenit plenitudo temporis ait glossa co  
 pletum est tempus. quod profuerat pater  
 quando mitteret filium suum. Secundo.  
 propter impletionem promissionis quilleno  
 bis



bus datus est qui fuerat repromissus. unde  
 glossa super illud Joannis. i. plenum gra-  
 tiae et veritatis ad implementationem inquit  
 promissorum. 3<sup>o</sup> propter implementationem  
 figurarum. quia in Christi adventu figurae  
 veteris testamenti veritate adimpletae sunt  
 iuxta illud matth. 5. non veni solvere  
 sed adimplere. quarto propter plenitudi-  
 nem gratiae quae fuit in Christo domino quae  
 fuit principium omnium plenitudinum  
 unde Coloss. 2. dicit scriptis habitare om-  
 nis plenitudo divinitatis corporaliter -  
 quinto propter plenitudinem generatio-  
 nis. quia cum sit quadruplex modus gene-  
 rationis. prima nec de viro nec de foemina  
 sed de terra. secunda mulieris de solo viro  
 tertia prolis de viro et muliere. quarta  
 viri de sola muliere. ista quarta consumm-  
 ta est in verbi incarnatione. Sexta vero  
 ratio plenitudinis est quia tempus incarnati-  
 onis est tempus sextae aetatis in qua est ple-  
 nitudo et perfectio. ut quemadmodum  
 mundus in sexto die est consummatus sic  
 in sexta aetate sit reparatus. itaque prima a-  
 tas fuit ab Adam usque ad noe. secunda a  
 noe usque ad Abraham. tertia ab Abraham  
 usque ad moysen. quarta a moysen usque ad  
 David. quinta a David usque ad Christum do-  
 minum. Sexta a Christo domino usque ad fi-  
 nem mundi. iam ergo constat quare tem-  
 pus incarnationis dicitur tempus plenitudi-  
 nis. Ad illud autem quod arguit scilicet

¶



q non est plenitudo usq ad gloriam. Et  
 q duplex est plenitudo scilicet gratia et glo  
 ria. et illa duae rationes procedunt de ple  
 nitudine gloriae auctoritas uero Apostoli  
 intelligenda est de plenitudine gratia  
 ad quod notandum est q triplex est pleni  
 tudo nimirum naturae gratiae et gloriae  
 plenitudo autem naturae duplex est. alte  
 ra quantum ad rem in sui conditione de  
 qua intelligit illud genes 12. impleuit de  
 que sexto opus suum. Altera quantum ad  
 rerum multiplicationem de qua loquitur  
 psalmista deum ait domini est terra. et pleni  
 tudo eius. Similiter et plenitudo gratiae  
 est in duplici differentia quaedam enim  
 est in capite de qua Ioannis .i. plenum gra  
 tia et ueritatis. quaedam in membris de  
 qua aliorum sumo repleti sunt omnes spi  
 ritu sancto. et ephes. .i. propositus est. Si  
 militer et plenitudo gloriae duplex est. uel  
 quantum ad numerum electorum. de qua  
 Apocal. 6. Sustinet terram diu tempus donec  
 impleat est aut quantum ad perceptus ne  
 eternorum bonorum. iuxta illud eccl. 24  
 in plenitudine sanctorum detentis meae

Contra illa uerba quae sequuntur ibi circa  
 initium capitis primi (factum de muliere)  
 Arguitur primo q in symbolo legitur genitrici  
 non factum. Secundo q si de muliere fac  
 tus est uide q mulier uisus eius mater sed  
 materia. aut reddat ratio ob quam potius  
 dixit factum q genitum. Preterea mulier  
 corruptionem importat. Christus uero dominus  
 de







nem potest esse dupliciter uel quantum ad  
obedientiam obligatoriam uel quantum ad  
obedientiam spontaneam. et primo modo sunt  
alii. secundo uero modo fuit Christus dominus  
qui se mea liberalitate (ut exemplum da) <sup>obedien</sup>  
rec) legali obseruantia subdidit et sic patet  
et Responsum ad obiecta. qz iusti subduntur  
Legi non timore poenae sed amore iustitiae. et  
Christus obseruauit eam non necessitate ut  
alii sed uoluntate perfectissimi obedientis.

contra illa uerba Post initium primi capi  
tus (ut eos qui sub lege erant redimeret) <sup>4</sup>  
Arguit. 1. Timoth. 2. dicit qui uult omnes  
homines saluos fieri. ergo non solum uenit  
ad redimendum iudaeos qui erant sub le  
ge sed et omnes alios.

Sed R. q. quamuis ueniret ad redemptio  
nem totius Summari generis tamen spe  
ciali quodam modo operatus est ad redem  
ptio nem filiorum israel. qz eis personali  
ter predicauit. Unde matth. 10. non sum  
missus nisi ad oues. quae perierant domus

israel. et per eos uerbum uitae diffusum  
est inter gentes. Isai. 49. qui egredere  
impetu a Iacob et implebunt faciem or  
bis semine.

contra illa uerba ad finem capitis quarti  
(in specie columbae super Ierusalem. supple  
mentum sanctum) Arguit tota illa colum  
ba. et quidquid in ea erat erat simul a  
patre et filio. ergo uidet q. tota trinitas  
in illa columba descendit, sicut desce  
debat spiritus sanctus. Item nunquam des  
cen

Post initium capitis se  
cundi circa illa uerba  
(haec est mulier euange  
lica quae accendit lucer  
nam et dragmam. q  
perd. f. inuenit) sicut  
dum q. diuina sapien  
tia mulier dicitur no  
propter fragilitatem  
sed propter fecundi  
tatem eam. 24. age  
nerationibus meis ad  
implemini

6



cedit Spiritus sanctus in hominem. quin  
desiderat simul pater et filius ergo  
videt q. neq. in columba.

R<sup>r</sup> tamen dicendum q. in columba il-  
la non erat aliter Spiritus sanctus q. pa-  
ter et filius. neq. aliter operabatur. sed ta-  
men solus in ea signabatur <sup>et</sup> q. significa-  
tio relationem dicit sicut incarnatio i-  
des solus poterat in ea significari. quam-  
vis non solus posset in ea posset operari  
et sic patet q. exemplum magistri est in-  
neum et rectum. sed de hoc plenius dicit  
in. 1. libro de missione spiritus sancti.  
distin. 16.

vel R<sup>r</sup> et in idem redit cum dicit Thomas  
quoniam q. tota trinitas fuit in illa columba (sicut  
et in quavis alia creatura) per essentiam  
presentiam et potentiam. potest colum-  
ba illa considerari dupliciter vel inquã-  
tum est res que dicitur sine fuerit animal  
sive similitudinem tantum animalis  
habens) et sic ad totam trinitatem perti-  
net ut communis effectus: vel secundum  
q. est signum. et de modo tantum ad spiri-  
tum sanctum pertinet cuius invisibilis  
missio per adventum columbe designat  
~~et de huius missione visibilitatem. lib. 1. di-  
stinct. 16.~~

de materia huius distinctionis agit d. Tho-  
mas. 3. p. q. 1. ar. 1. et q. 3. ar. 1. 3. et  
4. et ar. 6. ad. 2. et ibi expositores.



Questio Unica An conclu  
sio distinctionis veri  
tatis sit consona?

Hec questio textitur  
ex dictis a diuo Tho  
ma super magis  
trum in hac distinc  
tione.

1<sup>o</sup> Arguit primo qd nō qz deum incar  
nari non fuit possibile. dic cum primo ar  
gumento. primi articuli questio nis pri  
mę d. thomę in hac distinctione

2<sup>o</sup> Argue cum eodem doctore in secundo  
articulo dictę questio nis. qz nō fuit con  
gruum. licet fieret possibile

3<sup>o</sup> qz quamuis homo non peccasset deo  
fasset incarnatę. dic d. thomę tertio articu  
lo dictę prime questio nis

4<sup>o</sup> Argue ut in quarto articulo dictę  
questio nis. qz indecens fuit qd tunc te  
pore incarnatio differret.

Sed 1<sup>a</sup> est auctoritas Magistri et doctore  
quibus assentiri debemus.

Primum notabile sit. Respondes dicen  
dum primi articuli. mutato. ly. Respon  
des dicendum. in. ly. notandum -

2<sup>o</sup> notabile ex Respondes dicendum se  
cundi articuli.

3<sup>o</sup> notabile ex Respondes dicendum  
tertij articuli.

4<sup>o</sup> notabile ex Respondes dicendum 4<sup>i</sup>  
articuli.

tunc ponant quattuor conclusiones ex  
notabilibus deductę. quarum singule  
per



per ordinem probentur ex argumentis, sed  
contra, singulorum articulo.

Deinde Respondendo singulis quattuor  
argumentis principalibus propositis tan-  
quam quattuor difficultates in eis conte-  
ta, proponendo in singulis omnia ar-  
gumenta contra conclusionem ex nota  
ibi deductam; et solutiones eorum.

¶ Si ex partibus cum solo textu dicitur  
Imo (ut loquimur) velis lectionem compo-  
nere. Sume tibi per ordinem octo articu-  
los tertie questionis tertie partis.  
Et argue primo eum primo argumento pri-  
mi articuli. probando q. diuina personam  
conueniat assumere) 2<sup>o</sup> ex primo argum-  
secundi articuli. probando, q. nec natura di-  
uina conueniat assumere) 3<sup>o</sup> ex primo  
argumento. tertij articuli, q. nec natura  
abstracta personalitate per intellectum) 4<sup>o</sup>  
ex. i. argumento quarti articuli. q. nec u-  
na persona sine alia posse naturam crea-  
tam assumere) 5. ex primo argumento  
quinti articuli. q. dato, q. incarnata sit per-  
sona filij. uidee sequi q. nulla alia persona  
potterit. quod est inconueniens) 6. q. se-  
queret q. due personae non possent assumere  
eamdem numerum naturam cum primo ar-  
gumento septi articuli.) 7. ex. i. argum-  
Septimi articuli q. sequeret q. non potuisset  
una diuina persona assumere duas natura-  
as Sumarias (Si enim non assumpsit de factis  
quod uidebat conuenientius ad remedium.)

¶ uideat q. non potue-  
rit, dicere autem q.  
non potuerit falsum  
est. et probet q. non po-  
tuerit ex i. argumentis  
(Septimi articuli)

8. ex i. argumento  
octavi articuli probe-  
re seu arguat q. non  
fuit magis detens q.  
persona filij carnem  
assumeret ~

¶ Deinde per ordinem  
ponant octo tabula  
ex corporibus articu-  
lorum. et octo conclu-  
siones ex eis deductas  
probatq. argumentis  
(sed contra) et post  
modum in singulis  
solutionibus dicitur oc-  
to argumentorum peti-  
ta difficultates. quas  
singuli articuli de-  
poscent cum argum-  
entis. et solutionibus  
singulorum per ordi-  
nem ~

¶ Ad hunc modum de-  
inceps in singulis dis-  
tinctionibus huius li-  
ui. ¶ hi questiones pote-  
ris firmare. ex ar-  
ticulis in quibus d. the-  
matum dicitur tractat



1. Distinctio. 2. quae incipit

Et quod in Somine tota Sum<sup>a</sup> nat<sup>a</sup> est  
 Postquam magister in precedenti distinctio-  
 ne egit de persona carnem assumente  
 In hac quoque tribus capitibus continetur  
 agere de modo assumendi. Et dividitur  
 in tres partes principales. In prima a  
 principio usque ubi (assumpsit dei filius)  
 ostendit quod verbum totam humanam in  
 naturam assumpsit. In 2<sup>a</sup> parte usque ubi  
 Si autem quod ostendit quod ordinate  
 assumpsit carnem scilicet mediante ani-  
 ma. In 3<sup>a</sup> quod animam et carnem sim-  
 ul assumpsit tempore. Et hoc usque ad fi-  
 nem distinctiois quae in ep<sup>o</sup> thome re-  
 data sic habet. // // //

quoniam primus homo totam humanam  
 naturam corruerat (scilicet corpus et ani-  
 mam) ideo dei filius totam assumpsit  
 scilicet carnem et animam ut totam re-  
 pararet et sanitati restitueret ac sanctifica-  
 ret. in Christo enim dominus est una per-  
 sona et duas substantias sive naturas divi-  
 na videlicet et humana. si ergo huma-  
 nam habuit, unitam assumpsit ex cor-  
 pore et anima quibus consistat humana  
 natura, ex quo procul propulsandus est  
 eorum error qui asseruerunt filium dei  
 carnem et humanam naturam non as-  
 sumpsisse <sup>sed</sup> proprietatem sive habitum, in-  
 vitae humanitatis. non veram substan-  
 tiam intelligentes. occasione sumpta ex  
 ver

quasi  
 non no-  
 minaba-  
 e



Verbis Damasceni qui ait q. in domino Ie  
 su Christo non est communem speciem accipe  
 re. ex quo colligebant q. non assumpserit  
 corpus et animam vere coniuncta et unita  
 ad invicem. q. sic fuisset eiusdem speciei co  
 munitas cum alijs hominibus. Sed tamen in  
 teris <sup>Ioannis</sup> Damasceni non fuit q. in filio deo no  
 fuerit corpus et anima inter se ac ad invicem  
 coniuncta et q. ea sic sibi unita non assump  
 serit. Sed id voluit asserere. nimirum q. es  
 istus pro ut nominat suppositum constitu  
 tum ex humanitate et divinitate, no fuit  
 sub aliqua specie communi. q. nec sunt nec  
 fuerunt neq. erunt plures Christi habentes  
 communem speciem. Sicut sunt plures homines  
 habentes unam humanitatem communem  
 secundum speciem. Assumpsit tamen fi  
 lius veram humanitatem non in unive  
 rsali. Sicut platon posuerunt ideam homi  
 nis. Sed in singulari constitutam. ex hoc  
 corpore et hac anima que cum divinitate  
 non habet communem speciem cum quocunq.  
 q. alio supposito. Assumpsit vero carne  
 et animam. Et omnem proprietatem ip  
 sum decentem. et quamvis utriusq. si  
 licet corpus et animam assumpserit. ta  
 men assumpsit carnem mediante anima  
 q. tanta simplicitatis est divina natura  
 q. non debuit immediate carni univ  
 sive formata. Sed mediante spiritu crea  
 to. que quidem veris ab intellectu huma  
 no investigari non potest. Neq. corpus  
 phantasticum ut hretici merentur. Sed  
 corpus verum de muliere natum assumpsit  
 quod



quod divinitatem inquinare nullate-  
nus potuit. quemadmodum nec radijs  
suis a sordibus, quas contingunt macula-  
t. Assumpsit autem simul tempore cor-  
pus et animam quamvis ut dictum est  
alterum mediante altera. Unde carnis non  
fuit prius concepta q̄ deo unita. Et hęc  
delicta distinctionis quam magister la-

celib. de spiritu et ani-  
ma. cap. 9. et. 10. et de  
agonie christi. v. cap.

tus prosequit adductis precipue auctori-  
tatibus Hieronimi in expositione catho-  
licę fidei. Ioannis Damasceni, Ioannis L.  
Augustini lib. de fide ad Petrum. et. lib. 1.  
de trinit. cap. 6. et. 1. ad Thimoth. 2. et  
Gregorii in moralibus.

Ex qua ~~trinitate~~  
elicit conclusio in  
qua eius summa consy-  
te. que talis est.  
filius dei totam sibi  
naturam humanam  
assumpsit. carnem  
tamen mediante a-  
nima. Nec inter con-  
ceptionem animatio-  
nem et unionem -  
fuit aliquis ordo aut  
prioritas temporis  
matricis sic  
Totum ut curares tu-  
minem deus optime  
totum.  
credens a nobis associ-  
asse tibi ~

Ex qua tres eliciunt conclusiones. vel  
trinitate trinitatis. in quibus tota ipsius sic  
ma consistit. Prima conclusio  
filius dei cum sibi humanam naturam  
uniuit totam naturam scilicet corpus et  
animę simul assumpsit.  
2<sup>a</sup> quamvis utramq; carnem scilicet  
et animam assumpsit. carnem tamen  
assumpsit mediante anima.  
3<sup>a</sup> conclusio in assumptione perfectę  
humanitatis inter conceptionem et ani-  
mationem. et unionem non fuit ordo aut  
prioritas temporis.



Dubia Literalia siue  
 ~ textus expositio.

1 circa illa verba post initium primi capiti  
 (q. autem humanam naturam siue humanita-  
 tis vocabulo anima et caro intelligi debeat  
 apte docet Hieronymus) notandum est no-  
 me esse intelligenda esse per humanitate  
 animam et corpus. quasi proprie dici pos-  
 sue humanitas est anima et corpus. sed  
 sicut in toto intelliguntur partes quomodo  
 modum in domo paries et tectum. quomodo  
 men de toto non predicantur. unde etiam  
 in auctoritate beati Hieronymi subdit (hu-  
 manitas, que ex anima continet et corpo-  
 re) non dicitur, que est anima et corpus. //

2 circa verba illa non longe ab initio primi  
 capiti (errant ergo qui nomine humani-  
 tatis non substantiam, sed proprietatem  
 quandam qua homo nominatur significari co-  
 tendunt) aduertendum, q. per hanc pro-  
 prietatem que ab eis humanitas dicitur, po-  
 test intelligi forma consequens partium co-  
 positionem scilicet corporis et anime in  
 qua sicut in natura communia omnia indivi-  
 dua communicant. forte enim qui hoc posu-  
 erunt sapiebant opinionem Platonis, qui  
 posuit formas universales in actu habere  
 esse in natura preter materiam, sic enim  
 secundu[m] eum ut Philosophus in. 1. me-  
 tap. dicit forma hominis erat sine carnibus  
 et ossibus. Et sine alijs partibus eius et ta-  
 lem humanitatem sine corpore et anima is-  
 ti assumptam ponebant. et contraria da-  
 mas



nascens dicit in 3. lib. cap. 2. neque enim  
 quae nuda contemplatione considerat natu-  
 ram assumpsit. non enim incarnatus es-  
 set, sed deceptus et fictus incarnationis  
 uel tangit ut quidam dicunt opinionem  
 eorum, qui dicebant Christum dominum  
 secundum quod est homo non esse quod, sed  
 qualiter se habens. de quo infra distinet

6. circa illa verba ad medium fere primi 3  
 capituli (quod euidenter idem Ioannes os-  
 tendit differentem rationem dicti assign-  
 ans cum natura humana in Christo nomi-  
 nat, et cum una dicitur natura omnium  
 hominum etc.) sciendum quod magister ac-  
 cipit verba Ioannis Damasceni sed non se-  
 sum inducit enim Damascenus haec ver-  
 ba ad confutandum errorem eorum qui  
 dicebant in Christo unam tantum naturam  
 esse, quasi factam ex humanitate et diui-  
 nitate. Sicut una quaedam natura confi-  
 citur ex anima et corpore, anima quae sig-  
 nat cum dicitur omnes homines esse eiusdem  
 naturae. non itaque, in quolibet eorum a-  
 nima et corpus sunt unius naturae ad in-  
 uicem comparata, sed quod ex his duobus una  
 natura conficitur, in qua omnes conueni-  
 unt. Sed non est ita in Christo domino, quod  
 ex diuinitate et humanitate una com-  
 munitas natura resultat, quae sit quasi com-  
 munitas species de pluribus predicata quae di-  
 uinitatem et humanitatem simul habeant \*  
 Magister autem assumpsit haec verba ad im-  
 pug



pugnandam positionem eorum, qui pro-  
 prietatem, que Sumanitas dicitur, assum-  
 ptam dicunt. Sumanitas enim si conti-  
 deree ut communis species est que in pluri-  
 bus invenit, secundum quem modum  
 omnium hominum dicitur tunc natura. Sic  
 autem communis species Sumanitatis in Chr-  
 isto domino non est. Non enim Sumani-  
 tas Christi domini est communis actu, sed hu-  
 manitas singularis.

4 circa illa verba prope finem capitis primij  
 (neque enim factus est, neque est, neque aliquan-  
 do fuit alius, sed Christus ex deitate et Suma-  
 nitate est et homo perfectus) dubitat quod  
 videtur quod sic probatur nulla sic, multae enim  
 species sunt, que non nisi de uno individuo  
 predicantur, ut sol et luna. ff. Sed. Responde-  
 dum est ad hoc quod secundum intentionem  
 magistri facilius est solutus. omnis enim spe-  
 cies, que participat a multis individuis pre-  
 dicatur de omnibus illis. Unde si species Sum-  
 na, prout est communis esset quod subsisteret  
 preter singularia, ipsa de omnibus predicaretur  
 et. Unde si talem Sumanitatem Christus  
 assumpsisset homo qui est Christus de omni-  
 bus hominibus predicaretur, secundum inten-  
 tionem vero Damasceni aliter est dicendum  
 quod omnis natura communis in quantum hu-  
 manus modis in multis inveniri potest, sed si a-  
 liqua species sit que in uno tantum repri-  
 ditur individuo. hoc est propter aliquid aliud  
 quod non est de intellectu illius nature. Unde  
 possibile est intelligere plures soles, sed singu-  
 lare



Lare habet incommunicabilitatem, per id quod  
 est de ratione eius scilicet per materiam, quae  
 esse pars definitionis eius. Si definiretur, ut  
 ex B. metaph. patet. Vnde non est possibile  
 intelligi hunc hominem de pluribus pre-  
 dicari ac proinde patet quod illud quod neque  
 actu neque intellectu de pluribus dici potest  
 est singulare, huiusmodi autem est Christus  
 dominus, quare hoc nomen Christus non sig-  
 nificat unam naturam communem resulta-  
 tem ex unione divinitatis et humanita-  
 tis, sed unam hypostasim subsistentem in  
 utraque natura.

Contra illa verba ad finem primi capitis  
 omnia quae in nostra natura plantavit deus  
 verbum assumpsit. Arguitur quod deus plan-  
 tavit in primo homine immortalitatem  
 ergo immortalitatem assumpsit quod fal-  
 sum omnino est. Item in natura nostra pl-  
 antavit utrumque sexum scilicet masculi-  
 num et foemineum ergo sequitur quod utrumque  
 assumpsit quod similiter falsum est.

R<sup>o</sup> dicendum quod quaedam plantavit deus  
 in natura nostra quae respiciunt ipsius cons-  
 titutionem, quaedam quae respiciunt stationem  
 et accidentalem dispositionem, cum ergo  
 dicitur cum ergo dicit magister verbum o-  
 mnia assumpsit quae deus in natura nos-  
 tra plantavit intelligit de omnibus quae  
 sunt de ipsius naturae constitutione.

Cum ergo arguitur de immortalitate et se-  
 xus differentia committitur paralogismus et  
 sophisma ob praedictorum coniunctionem



6

Contra illa verba prope medium securi capi-  
 tas (Si ergo visibilia munda visibilibus in-  
 mundis contingi possunt et non inquinan-  
 ti, scilicet radij solares, quanto magis in-  
 commutabilis deus.) Arguit quod ratio illa qua  
 assignat contra hereticos parum videtur va-  
 lere, quoniam enim radij solis non inqui-  
 nantur ex foeditate illuminabiles, anima  
 tamen quae spiritualis est inquinat et in-  
 ficat ex coniunctione carnis. Propterea filij  
 dei est passibilis propter assumptionem car-  
 nis, ergo similiter factus est carnalis, sed  
 spiritus foedat et inficit quando efficitur  
 carnalis, ergo hereticus bene inferebat de-  
 titatem ex coniunctione ad carnem macula

¶ Rr. Nihilominus q. exemplum effi-  
 cax est contra hereticos et ratio bona quod  
 radius ex eo non inquinat a rebus foedis  
 quod cum illis non communicat in materia et  
 non mutabilis, neque etiam ab ea dependet. Si  
 ergo deitas multo magis a rebus foedis distat  
 et est independens, necessario sequatur quod mul-  
 to minus est incommutabilis.

nec concludit illud quod adducit de a-  
 nima. Sic enim licet sit spiritualis commu-  
 nicat tamen corpori in materia non ex qua  
 fit anima, sed in qua fit, et dependentiam  
 dicit et inclinationem ad corpus. Et cum  
 obicit quod filius dei passibilis factus est. Rr.  
 quod illud verum est propter communicationem  
 ad materiam, non quod patiat secundum natu-  
 ram diuinam, sed secundum naturam assum-  
 ptam. Et similiter potest concedi quod sit carna-  
 lis

ratione cuius ut  
 dicit in primo de  
 generatione omne  
 agens in agendo re-  
 patit.



Secundum quod nominat naturam, sed,  
non secundum quod nominat vitium. Susce-  
perim carnem passibilitatem, sed non vi-  
tiositatem. Et sic patet solutio obiectionis

Contra illa verba post initium capituli ter-  
tij (nec caro prius fuit concepta et postmo-  
dum assumpta) Arguitur quod quod non est prius  
potest assumptum, sed caro que non est concep-  
ta nondum est, ergo non est assumptibile,  
ergo omnino necessarium est, quod caro prius  
concipiatur quam assumatur. Item non potest es-  
se assumptum nisi carnis iam organizate  
sed ante organizationem precedit formatio  
et ante formationem consolidatio antequam  
solidationem conceptus, ergo de primo ad ul-  
timum ante assumptionem precedit con-  
ceptus. // // // // //

Et dicendum quod possumus loqui deus  
ceptione quantum ad ordinem temporis et  
quantum ad ordinem nature. Si loquamur  
quantum ad ordinem nature, sic prior est  
conceptus quam assumptus. Sicut rationes ad-  
ducte probant. Si autem quantum ad or-  
dinem temporis sic non debet, neque oportet  
ipsam esse prius quam assumat, sed utrumque  
fuit per virtutem infinitam, que subesse  
potuit facere ut debuit, quod mulier non car-  
nis fructum, sed virum debuit circumdare  
in angelica annunciatione. Istud autem  
melius patebit in sequenti distributione  
ubi specialiter magister movet istam ques-  
tionem. Contra illa verba desumpta ex Gre-  
gorio in fine capituli tertij (Angelus annuncii  
ante



ante Spiritu adueniente, mox Verbum  
in utero, mox intra uterum Verbum caro  
Arguo. Incarnatio excellentius opus est  
q̄ gratia infusus, sed gratia infusa non fu-  
it per angelicam annunciationem. Ergo  
neq̄ incarnatio. Item deus vicinior erat  
beatę virginis cordi secundum gratiam q̄  
angelicę menti. vnde Bernardus virgo  
credere exaltata super omnes ordines ange-  
lorum. ergo potius debuit transire illumi-  
natio per beatam virginem ad angelum  
q̄ e contra. est ergo questio

quare conceptionem filij dei processu  
angelica annuntiatio. quę etiam de  
quo ordine Angelus ille fuerit. non enim  
videtur fuisse de superioribus angelis. q̄  
dicit Durandus q̄ qui preeminere usum  
exterius officij non habent. nec de inferi-  
oribus quoniam illi mysterium incarnatio-  
nis ignorarunt et per ecclesiam didicerunt  
Vnde quęrit isai 63. quis est iste, qui venit  
de Edom. sicut exponit Gregorius.

R̄ autem dicendum q̄ incarnationem  
debuit precedere angelica annuntiatio.  
sicut primi hominis peccationem pre-  
cessit diabolica tentatio. ut sic ordo repara-  
tionis correspondeat ordini peccationis  
vnde sicut diabolus tentauit mulierem ut  
eam pertraheret ad dubitationem. et per  
dubitationem ad consensum. Et ad lapsum  
sic Angelus nunciavit Virgini. ut nunciā-  
do excitaret ad fidem. et per fidem ad consen-  
sum. et per consensum ad incipendum dei  
filij.



filium per spiritum sanctum. Alia etiam,  
 ratio ordinis fuit ibi. quia beata virgo erat in  
 statu viaticus, sed angelus in statu com-  
 prehensivus. Et idem voluntatem domini cla-  
 rius pro illo tempore agnoscebat. et deum vi-  
 debat angelus facie ad faciem. beata vero  
 virgo per speculum et enigma. Rursus an-  
 gelus erat dei servus et minister. et beata  
 virgo electa. et pre-electa fuerat ut esset dei  
 mater: quia ergo congruum est nescientem  
 erudit et per nuncium intelligentem. et cog-  
 noscentem voluntatem dei. congruum est  
 etiam ministrum famulari domino suo.  
 Hinc est quod decens et congruum fuit mysteri-  
 um incarnationis per angelum virginis  
 nunciari. Tertia etiam ratio congruen-  
 tiæ potest assignari. quia incarnatus et sum-  
 mi generis redemptio non tantum faciebat  
 ad reparationem lapsus humani. verum etiam  
 ad reparationem ruine angelicæ. et idem  
 angeli beati non debuerunt excludi. unde  
 sicut sexus muliebris non excludit a cog-  
 nitione mysterii incarnationis et etiam  
 resurrectionis sic etiam nec angelicus nunci-  
 us. immo ut patet deus angelis mediante  
 nuncio mulieris incarnationem. scilicet  
 beatæ virginis. et resurrectionem magdale-  
 næ et sic patet quod decens fuit ante incarna-  
 tionem precedere angelicam annunciationem,  
 propter triplicem rationem videlicet repara-  
 tionem generis humani. ministerii angelici.  
 et angelici lapsus restaurandi ordinem.

Ad



Ad illud quod obicitur gratiam non causari  
angelico ministerio. R. q. gratia infunditur  
per ministerium Summarum et per verbum  
Summarum, sed in carnato, que est principi-  
um totius glorificationis non per hominem  
debet nunciari, sed potius per angelum.

Ad illud quod opponitur de propinqui-  
tate Virginis ad deum que maior erat q. in  
angelis. R. q. verum est quantum ad gra-  
tiam electionis, sed non quantum ad grati-  
am comprehensionis. Ad illud autem quod  
opponitur de quo ordine fuerit. R. q. probabi-  
liter creditur fuisse de ordine Archangelorum,  
sicut canit ecclesia. Unde dicitur gabriel  
fuisse summus inter Angelos, hoc non intelli-  
gitur de angelis secundum quod est nomen natu-  
re, sed secundum quod est nomen nunciij sine  
officij. Et secundum quod, ad nuncianda exteri-  
ora progredere, et hoc nihil impedit quin  
gabriel scire potuerit mysterium incarna-  
tionis, et alij angeli poterant ignorare, et  
vel posset dici quod inferiores angeli sciuerunt  
mysterium incarnationis sed que rebant  
profunda diuini consilij et semel usque  
non uerunt post filij exaltationem, et ueri-  
tatis predicationem, quibus explicita et  
manifestata est multiplex dei sapientia  
de materia istius distinctionis agit d. Tho-  
mas. 3. p. q. 4. ar. 1. et q. 6. ar. 5. et. 6  
et ibi ipse interpretatur.







*De... 3...*

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely a medieval manuscript. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines across the page.]*



~ Distinctio 3. quæ incipit ~  
 quæ etiam de carne verbis est.

Postquæ magister in precedenti distinctio-  
 ne egit de persona carnem assumente, et  
 de modo assumendi. In hac quæ quinq;  
 capitibus continet agit consequenter  
 de qualitate nature assumptæ. et divi-  
 dit in tres partes. In prima a principio  
 distinctio usq; ibi (Cum autem illa  
 caro) inquirat qualis fuit Christi domini  
 caro in agente proximo scilicet virgine  
 beata. In 2. usq; ibi (Ulli autem sente-  
 tiæ) explicat qualis fuerit in antiquis  
 patribus puta an fuerit in Abraham de-  
 scimata? In 3. parte exponit qualiter  
 fuit in virginali utero formata. et hoc  
 usq; ad finem distinctiois. quæ in epitho-  
 mem redacta sic habet ~ ||. ||. ||.  
 iuxta sanctorum attestations convenientiã  
 caro Christi domini in virgine peccato, ut re-  
 liqua virginis caro obnoxia fuisse dicitur  
 operatione vero spiritus sancti omnino mu-  
 data. anteq; ab eo assumeret. patiendita-  
 men possibilitate. non necessitate sed libe-  
 ra ipsius voluntate sibi inexistente. Nam  
 et ipsam virginem spiritus sanctus progre-  
 niens. sic a peccato purgavit. q. et a pecca-  
 to fornicis (aut ipsum totaliter auferendo -  
 quod videt probabilius aut illum sic atte-  
 nuando. ac nullius peccati postea ipsi ex-  
 titere occasio) eam liberavit. Insuper et  
 ut evangelica docet lecto potentiam gene-  
 randi



rari absq; virili semine sibi contulit si  
 ne ulla virginis detrimeto, aut na  
 tivitas nec tamen fuit caro Christi alte  
 rius naturę q; aliorum dominum sed  
 excellens fuit in eo gratia singularis quod auctori  
 tate Damasceni confirmat. fuit autē  
 maria virgo post carnis Christi concep  
 tionem ab omni peccato immunis, sancta  
 et omni gratia repleta. quod Augustini  
 testimonio astruit. et quamvis Christus  
 dominus secundum copulentam substan  
 tiam in lumbis Abrę, sicut et Semifce  
 rit. non tamen in Abraham est decimatę  
 ut ille. q; non ut ille secundum semina  
 lem rationem ab eo descendit; neq; secun  
 dum communem legem scilicet per carnis  
 hibidinem. Christus ergo dominus fuit in  
 Adam secundum causam materialem  
 tantum et ita ab eo descendit. et non secū  
 dum communem legem ut alij unde est q;  
 ceteri in Adam peccaverunt. ipse vero mi  
 nime. Fuit autem talis caro in Christo  
 dominus qualis fuit in statu innocentię  
 tituta supra naturę vires et sine peccato  
 unde primitias massę nostrę dicit assum  
 psisse. et caro ipsius nostrę carni similis  
 fuit non in culpa. sed in poenis assumptis  
 fuit etenim per gratiam concepta, sancti  
 ficata et nata. quod alijs hominibus nō  
 contingit. ac proinde caro Christi non fuit  
 obligata peccato. quę statim in initio sue  
 conceptionis membrorum debita distincti  
 one firmata est simul et animata atq;  
 as



assumpta. quibus per successionem temporis  
sumpserit corporis incrementa. Neque a  
suis sentit Augustinus super Iohannem  
explicans illud quadraginta sex annis  
edificatum est templum hoc sed per illud  
dierum spacium quo reliqua corpora for-  
mantur aut corpusculum illud sanctissimum  
Christi dominus adeo fuisse paruum et exi-  
guum ut uix humano uisu et sensibus  
posset percipi. dicta autem auctoritate  
damasceni astruunt. et hoc debite ad  
trinitatis quam magister Latinus prosequi-  
tur adductis precipue auctoritatibus. Iohan-  
nis damasceni Luc. 1. Augustini libro  
de natura et gratia. cap. 8. circa medium  
et super genesim. et. 1. Iohannes. 1. Au-  
gustini etiam in epistola ad Hieronymum  
et super Iohannem cap. 2. sed quatuor eli-

matth. 7  
Luc. 7  
Ioh. 7  
Iohannes 1.  
et Rom. 5.

Lib. 3. de fide ortho-  
doxa. cap. 2. August  
lib. 13. de trinitate. cap  
13. genes. 14. hebr  
7

ex qua ~~trinitatis~~  
elicit conclusio in  
qua eius summa consis-  
tit que talis est.  
caro Christi mundum  
a Virgine separata  
fuit obnoxia peccato  
nec ipse fuit in lum-  
bus Abrabe sicut leui  
decimatus: fuit au-  
tem caro ipsius in pr-  
incipio sicut conceptus  
nec debite formata  
et assumpta. sed per  
46 dies ut percipi pos-  
set ad aulta.  
metuere su-  
In lumbis Abrabe quia  
quod pro Christo fuit  
ut leui tamen est non decimatus ibi

ciunt conclusiones (aut unati membris  
in quibus tota ipsius summa consistit.  
prima conclusio caro Christi dominus ante  
quod esset de virgine separata materialiter  
sicut et reliqua caro maris fuit obnoxia  
peccato.  
2<sup>a</sup> conclusio quod Christus dominus de  
semine Abrabe secundum corpulentiam fu-  
erit natus non tamen in eo quem adri-  
dum leui fuit decimatus.  
3<sup>a</sup> caro Christi dominus in principio sicut  
conceptus fuit debite membrorum distinctio  
reformata simul animata et assumpta  
sicut quadraginta sex dierum spacio ut perci-  
pi et discerni posset ad aulta.



Dubia Literalia siue textus

Expositio

1 contra illa verba post initium primi capi-  
tis (Mariam quoque totam spiritus sancti  
in eam peruenientis a peccato prorsus pur-  
gavit est) Arguitur quod fornicare in  
nobis ad exercitium et meritum, sed beata  
virgo fuit maxime meriti. ergo non debuit  
a fornicate liberari. 2<sup>o</sup> Stimulus carnis da-  
tus fuit Apostolo ad gratiam diuine conserva-  
tionem. ergo non debuit auferri beate Virgi-  
ni Respondetur quod aliquid est promotiuum  
ad bonum dupliciter. scilicet secundum mo-  
dum statum. aut secundum statum na-  
ture lapsae et infirmae: sicut aliquid est pro-  
motiuum ad sanitatem dupliciter videlicet  
communiter sicut cibus bonae compositi-  
onis. aut secundum statum egritudinis sicut  
medicinalia. dicendum est ergo quod fornicatio  
ad promotionem, non simpliciter, sed secun-  
dum statum naturae lapsae. in quo fornicatio  
est ad desidiam et superbiam. ideoque est  
ei utilis talis stimulus propter exercitatio-  
nem ad expellendam pigritiam. et propter  
humiliationem ad expellendam superbiam  
quoniam ergo beata virgo erat repleta chari-  
tate. et humilitate. et confirmata in utroque

ides

et a forni-  
ce



ides formis stimulus non egebat. a pwin  
de non est simile de alijs et de ipa. ex  
quo solvuntur objectiones

circa illa verba prope medium capitis pui  
mi (et virtus altissimi obumbrabit ti  
bi) quare pro quanto dicit eum altissim  
um cum potius sic nuncius diuini sumij  
sitatis qz altitudinis? Item quare de  
hoc quod subiungit obumbrabit tibi!  
qz eum dei filius succandor lucis qz ternq  
ei non congruit obumbrare, sed illumi  
nare potius. Ad hoc Respondendum est  
qz per nomen altissimi intelligit pater  
per appropriationem patri enim appropi  
atur potentia. Et in persona patris princi  
paliter est auctoritas. per virtutem autem  
intelligimus filium. qz Christum dominum  
dicimus de virtutem et de sapientiam  
quoniam ergo sermo precesserat de spiritu  
sancto subiungit etiam de patre et filio  
ut sicut si tres mundum fabricauerunt  
sic etiam intelligant mundum reparasse  
opere in diuisibilibz et hoc per fabricam u  
teri virginatis. Ratio autem quare Pa  
trem magis uocauit altissimum qz pater  
em. fuit ut ostendat in opere incarnatio  
nis mirafuisse dignatus. in hoc qz nostram  
humilitatem sicqz celsitudini copulare uo  
luit // Virtus uers altissimi uirginem po  
tius dicit obumbrare qz illuminare qz ob  
umbratus uisum adiuvat. et calorem refrige  
rat



rat. Et in aduentu filij dei Virgo Maria  
refrigerata fuit fomitus extinctione. fuit  
Etiam ad dei contuitum ad intra per carnis  
coniunctionem cum verbo. ut que non po-  
terat deum sentire propter sua lucis immé-  
sitate[m], sentiret et cogitaret in trase p[er]  
assumptam carnis humanitatem.

3 Contra illa verba post medium capitis pri-  
mi C copulavit sibi ipsi ex sanctissimis  
et purissimis ipsius Virginis sanguinibus.  
Argue q[ue] ex hoc dicto damasceni sequit[ur]  
q[ue] Christus dominus conceptus fuerit ex san-  
guine Virginis. Contra hoc autem est illud  
Augustini quod sequit[ur]. q[ue] assumpsit sibi car-  
nem de carne Virginis. 2<sup>o</sup> q[ue] proximior  
est caro carni q[ue] sanguis. ergo prius debu-  
it assumere carnem de carne q[ue] sanguine

Ad hoc R[es]pondendum q[ue] per purissimos  
sanguines intelligit Summos, qui prop[er]  
inquisunt ad corporis formationem. ex  
quibus caro Christi domini formata fuit  
ille autem Summus aliquando vocat[ur] caro  
aliquando sanguis. Et hoc secundum diver-  
sam comparationem. Sanguis enim induit[ur]  
in comparatione ad illud unde processit -  
caro in comparatione ad illud quod ex ipsa  
fit, Semen vero quantum ad formam, quã  
habet. / Ad id autem quod opponit[ur] q[ue] caro  
est carni propinquior. R[es]pondetur q[ue] verum est in via  
speciei, sed non in via generationis. q[ue] caro -  
nunq[ue] convertit[ur] in carnem. nisi prius con-  
verta



ueritatē in humorem. // // // .  
 circa uerba predicta immediate sequentia  
 post medium capitis primi (Nostre antiq  
 ua conspersio carnis animatam anim  
 rationalē scilicet copulauit sibi) dubitat  
 et arguit. qz uidet primum esse falsum  
 qz prima conspersio sonat in uitium sicut  
 dicit Apostolus. 1. ad corinth. 5. expurgate  
 uetus fermentum. sed caro Christi domini  
 nunqz fuit uitiata. ergo est. 2<sup>o</sup> obicit  
 de illis quod subiungit sed per spiritum sā  
 ritum creans. qz falsum uidet dicere. cre  
 are enim est de nihil aliquid facere. sed  
 caro Christi domini. non fuit de nihil. Im  
 mo de uirginis carne assumpta. ergo.

Ad hoc R<sup>r</sup> dicens qz antiqua consper  
 sio dicit sic propter poenarum uetustate  
 et iniquitatem. Apostolus autem fermen  
 tum uocat malae consuetudinis corruptio  
 nem. quae attendit in uitiata prauitate  
 Christus autem dominus assumpsit carne  
 poenalem. sed non peccatricem. Et hoc est  
 quod Damascenus ait / Ad aliud autem  
 quod opponit de hoc uerbo creare. R<sup>r</sup> qz  
 eare. dicit sic pro actu qui proprie conue  
 nit deo. non qz fit omnino ex nihil. un  
 de accipit hic creatio. pro condicione. et  
 creator tantum ualeat quantum conditor  
 et hoc ipsum uult dicere Damascenus qz caro  
 illa creata est non seminaliter. sed condicione  
 circa illa uerba ad medium capitis secundi (si  
 omnes sancti et sanctae congregari possent et  
 que







Si autem dicat presens simpliciter sic soli  
competit Virgini. que per totum tempus vite  
sue nullum actuale peccatum commisit.  
Hoc autem de nullo aliorum sanctorum po-  
test dici veraciter. qui in hac vita aliquan-  
diu permanserunt

6

obnoxia fuit pecca-  
to in maria

contra illa verba in principio capituli tertij  
(illa caro cuius excellentia singulari. verbis  
explicari non valet) Arguitur quod non est pec-  
catum in anima vel ratione anime. sed caro  
illa non fuit ante nata. quod verbo unita. ergo  
non fuit peccato obnoxia. Item sanctissima  
virgo ante conceptionem filij dei fuit sancti-  
ficata. ergo caro eius non fuit peccato obno-  
xia.

Ad hoc Respondendum est quod sicut in  
precedentibus tractum est peccatum aliquo-  
modo dicitur ipsa poena. vel sequella. quod sup-  
posito caro non dicitur obnoxia peccato ratione  
culpe. sed ratione foeditatis. que est culpa ca-  
sa. Et ratione passibilitatis. que est culpa  
poena. et utroque modo fuit peccato obnoxia  
maria ante sanctificationem. ~~sed non~~

no

Secundo vero  
modo (scilicet  
ratione passibi-  
litatis)

postea et sic patere dicitur obiectum  
dicendum etiam ad idem cum dicitur Thomas  
sic quod licet caro ipsa Christi domini non fuerit actu-  
antequam ipse esset sed in ipso met Christo domino  
existeret. materialiter tamen fuit in ipsa  
beata Virgine. et in alijs progenitoribus. sed  
differenter. quod in beata Virgine preexistebat  
materia illa essentialiter. in alijs vero pro-  
ribus originaliter tantum ut dictum est. et se-  
cundum illum modum. quo in unoquoque fuit  
sic



7

Sic peccato obnoxia erat ~. || || || || -  
 circa illa verba ad medium capitis tertij (A  
 braham minor melchisedech ostendit scilicet  
 ut in decimatione et ut leuiticus ordo qui  
 in Abraham erat secundum seminalem ra  
 tionem etc) dubitat et videt quod ratio Apost  
 toli inualida sit. potest enim contingere quod  
 pater Papa alicui simplici sacerdoti decimam  
 soluerit. nec tamen propter hoc Papa illo  
 sacerdote minor aut inferior dici posset. ne  
 per consequens non potest inferri quod leuiti  
 cus ordo sit inferior ad melchisedech ex  
 eo quod Abraham ipsi decimas obtulerit ~

Ad hoc tamen secundum quosdam dicitur  
 quod Apostolus procedit ex suppositione huius  
 quod Abraham tota posteritate sua maior fuerit  
 ac proinde bene inferit quod si melchisedech ma  
 ior fuit quam Abraham fuit etiam maior quam Le  
 ui uel Aaron. sed quoniam hec suppositio  
 uel dubia est uel falsa saltem propter beatam  
 virginem. propterea dicendum est quod Aposto  
 lus non intendit probare quod melchisedech  
 personaliter maior fuerit quam Aaron. sed quod sa  
 cerdotium Christi figuratum per sacerdotium  
 melchisedech fuit maius quam sacerdotium Aa  
 ron. Unde ratio Apostoli fundat super figuram  
 figurant enim Abraham dantis decimas mel  
 chisedech. quod ipse cum tota sua posteritate minor  
 esset sacerdotio Christi dominij per melchisedech  
 figurati.

8

circa verba secundum rationem seminalem in  
 illis erat scilicet leuiticus ordo in Abraham) su  
 pra adducta. notandum quod semen ut inquit Pri  
 6

Supra adducta



Lothropus in quinto physivum est in genere  
causq; efficientis unde illi dicunt in Abraham  
secundum rationem seminales fuisse illi  
qui concepti sunt per virtutem actuam ex  
Abraham originaliter descendente qd  
de Christo domino admittendum minime  
est, ut ex predictis constat. //

Contra illa verba in principio capitis quarti  
(primitivam nostrae carnis recte assumpsisse  
dicit Christus) Arguitur qd cum incarnatus  
fuerit in fine saeculorum potius videtur assum-  
psisse reliquias nostrae carnis qm primitiva  
Rr dicendum qd primitivam nostrae massae  
dicit Christus assumpsisse triplici de causa  
nam primitivus dicitur ab eo quod est primi-  
vum autem dicitur aliquid secundum or-  
dinem dignitatis. Et sic non est dubium quin  
Christus assumpsit nostrae carnis primitiva  
pro eo qd eius caro excedit omnem dignitatem  
carnis humanae. secundum autem qd primi-  
vum dicitur a prioritate secundum tempus  
dicit Christus dominus assumpsisse primi-  
vum nostrae massae non per prioritatem, sed  
conformitatem et similitudinem. duplex  
est autem ratio conformitatis ibi, una qua-  
tum ad qualitatem, alia quantum ad virtu-  
tem. quantum ad qualitatem qd sicut caro  
quae in principio fuit creata caruit omni vi-  
tute corruptione. sic et caro a verbo assumpta  
quantum vero ad virtutem est similitudo  
qd in his quae a principio nascuntur intensior  
est naturae vigor ut ad maturitatem pertine-  
gant. Et talia dicuntur primitiva id est primi-  
fructus qui debebant offerri domino, talis autem  
fuit

siuemas  
scilicet.



fuit caro Christi / Et sic patet pro quanto  
 dicat primitiva. tum propter dignitatem  
 tum propter mundicie qualitatem. tum  
 etiam propter virtutis vigorem propter  
 quam ceteras precellit. prius pertingens ad  
 maturitatem perfectioris. Et dulcedinis  
 uiam, ac proinde dicitur assumpsisse primi-  
 tiam nostre massae. et ex hoc patet deter-  
 minatum rationis procedit enim secundum  
 quod dicitur a prioritate originis.

10

contra illa verba circa medium capituli quar-  
 ti (Sola illius non est caro peccati) Arguitur  
 si concupiscentia est vitium et defectus, er-  
 go non est generationis principium, ac per  
 consequens nihil est dicere, non enim ma-  
 ter concupiscentia concepit. ) Reduen-  
 dum q. Litera potest intelligi uno modo q. co-  
 cupiscentia sit nominatiui casus. et sit cum  
 iudicio appositiua. et tunc negat magister  
 q. Christum concepit concupiscentia sed gra-  
 tia tanquam mater; q. concupiscentia. Secum  
 tenet matris in generatione filiorum peccati  
 Secundum illud ezech. 16. pater tuus Amur-  
 rhicus. et mater tua Ethica; ut per Amur-  
 rhicum intelligamus diabolum. et per Ethicam  
 concupiscentiam. Si ergo et contra gratia est  
 mater in generatione spirituali. et q. Christi  
 dorming non habuit peccatum in generatio-  
 ne sed gratiam. idem potius dicitur mater gra-  
 tia q. concupiscentia.

q. non enim mater  
 concupiscentia sed gra-  
 tia concepit.)

Sed licet isto modo possit intelligi. tamen est  
 Alius modus magis consonus ueritati. ut hinc  
 quod est concupiscentia et gratia sic ablatiui  
 casus



casus et construatur cum hoc verbo, conceptus  
non secundum habitudinem causae, sed se-  
cundum habitudinem concomitantis. et  
Sic quod dicitur, mater, supponat pro  
virgine maria. et est sensus mater. id est  
virgo maria non conceptus concupiscentia  
concomitante sed concomitante gratia  
et tunc non notat q. concupiscentia sit a  
licetius conceptus principium, sed ulti-  
um <sup>con</sup>comitans / et sic patet solutio ad ob-  
iecta

11

circa illa verba post initium capitis quin-  
ti (q. ut dicitur phisici tot diebus huma-  
ni forma corporis perficit scilicet quadra-  
ginta sex diebus) aduerte q. hoc potest al-  
ter exponi q. magister infra exponit. ut in-  
telligat completio corporis humani. non so-  
lum quantum ad figuram sed etiam quan-  
tum ad debitam quantitatem. ut per hos  
quadraginta sex dies totum tempus usq.  
ad partum intelligat. quadraginta enim  
et sex. si per senarium (qui numerus est  
perfectus) multiplicentur resultant. 276  
dies et tot dies computant ab octavo Kal  
Aprilis quando Christus conceptus est. usq.  
ad octavum kalendas Januarij quando Ch-  
ristus natus est. et hoc accipit ab Augustino

contra illa verba prope finem capitis quinti  
(totum incarnatum est. et totum est in circū-  
scriptum) Arguit. si enim totum est quoddā  
habet partem et partem, et verbum simplicissi-  
mum est. inconuenienter et falso dicit q. to-  
tum incarnatum est. // R. Dicendum q. to-  
tum.



tum potest accipi priuatiue uel positine, si  
 priuatiue, tunc dicit uerbum incarnationem  
 totum, qz non habet partes secundum quas  
 incarnari habeat: Alio modo dicit positine  
 et tunc adhuc dupliciter, qz totum unius  
 modo est idem, quod ex suis partibus consti-  
 tutum. Alio modo est idem quod perfectum  
 et secundum q<sup>uod</sup> totum dicit integritatem  
 et totalitatem perfectoris, et secundum q<sup>uod</sup>  
 dicit priuationem partis et partis, et sic pa-  
 tet q<sup>uod</sup> illa obiecta non procedit recte propter  
 diuersam acceptiōnem sui uocabuli, to-  
 tum. sed de hoc in 1. lib. distinct. 29 copio-  
 sius disputat  
 de materia sui distinctiōnis tractat d. Tho-  
 mas. 3. p. q. 27. ar. 1. 2. 3. et 4. et ibi ipsi  
 us interpretet.







~ Distinctio. 4. quæ incipit ~  
 ~ cum uero incarnatus uerbj. c. 7.  
 Postq̄ magister in precedenti egit de qua-  
 litate nature assumptæ, in presenti dis-  
 tinctione, quæ quattuor capitibus continet  
 agit de auctore assumptionis. Et diuidit  
 in tres partes principales. In quarum pri-  
 ma a principio usq̄ ibi (Sed non est in hoc)  
 inquit quare opus incarnationis potius  
 attribuat spiritui sancto, q̄ toti trinitati ~  
 In 2<sup>a</sup> parte usq̄ ibi (Sed quæ potest) in-  
 quirit quare Christus sit conceptus de spiri-  
 tu sancto, cum tamen non sit filius spiritus  
 sancti. In 3<sup>a</sup>. quare Apostolus dicit potius  
 Christum de muliere fieri, q̄ nasci. Et huc usq̄  
 q̄ ad finem distinctionis, quæ in epistolarum  
 redacta sic habet

Tametsi, incarnatus opus sit totius trinitatis  
 in scripturis nihilominus spiritui sancto attri-  
 buerit p̄ se q̄ spiritus sanctus patris et filij cha-  
 ritas est et donum, et ex ineffabili dei charita-  
 te uerbum caro factum est. Sic q̄ per hoc ab in-  
 carnationis opere pater et filius non excludunt  
 Sed potius spiritui sancto uel qualibet diuina  
 per



personarum nominata. alie etiam diuina  
 personae intelliguntur in hoc sicut et in alijs  
 actibus essentialibus. quamuis in operatio-  
 nibus rationalibus una persona aliam  
 excludat. Nec tamen propterea Christus  
 dominus filius est spiritus sancti. non enim  
 de eo sicut de patre genitus est. quia si pater  
 eum genuit secundum quod est verbum, et spi-  
 ritus sanctus secundum quod est homo compo-  
 situm esset ex duabus naturis scilicet diuina  
 et humana. et secundum unam esset filius  
 unius, et secundum aliam filius alterius  
 quasi spiritus sanctus esset matri pro viro  
 quod aures humane non sustinent. Virgi-  
 nis autem filius uerissime dicitur eo quod de ipsa  
 genitus est ut de matre. quod si obicitur quare  
 sicut dicitur filius virginis non dicitur etiam fi-  
 lius spiritus sancti, cum de utroque sit natus.  
 Respondetur quod de spiritu sancto ut dictum est non  
 est natus tanquam de patre neque enim quid  
 quid ex alio nascitur filius eius est. uermes ete-  
 rum et puli nascuntur de somine. Nec sunt  
 eius filij. et qui baptizant nascuntur ex aqua  
 et spiritu sancto, et non dicuntur filij aquae. sed  
 ecclesiarum. et contrarium non omnes qui dicitur  
 et filij alicuius sunt ab eo nati ut illi qui ad  
 optant. ac proinde non oportet quod Christus do-  
 minus dicatur filius spiritus sancti. quamuis  
 ab eo dicatur natus per appropriationem. et de  
 spiritu sancto incarnatus, eo quod incarnatus ipsa  
 non pro merita. sed ex dono dei est uirtute spi-  
 ritus sancti effecta. Hinc neque spiritus sanctus  
 quasi seminalis materia ipsius accipi ullis  
 mo

et quare



et de spi-  
ritu sancto

modo potest. Quamvis autem de Virgine  
 natus sit factus tamen (et natus) di-  
 citur ab Apostolo ~~et~~ ex muliere et ex semine  
 David puta per Virginem, quae de semine fu-  
 it David ad significandam ~~etiam~~ singularem  
 conceptionem, et modum generationis Ch-  
 risti domini quae opere spiritus sancti effec-  
 ta est (quod alijs non competit) nec tamen  
 Christus natus est ex spiritu sancti substan-  
 tia sed eiusdem potentate formata est illa  
 caro, et verbo unita. et haec de litera distin-  
 ctionis quam magister Latius prosequit ad die-  
 tu praecipue auctoritatibus ad galat. 2. et  
 4. <sup>Ambrosij</sup> lib. de spiritu sancto. cap. 5  
 August in enchirid. <sup>et</sup> in expositione  
 fidei catholice. 1. matt. 1. et Roman. 1.

ex qua tres eliciunt conclusiones, uel terna-  
 tum membrum in quibus tota eius summa con-  
 sistit. Prima conclusio. Sicut incarnatio  
 uerbi spiritus sancti attribuitur, non tamen  
 excludit ab ea operatio patris et filij  
 2<sup>a</sup> conclusio. quamvis filius dei dicatur  
 natus de Virgine ut de matre, non tamen  
 dicitur natus de spiritu sancto ut de patre  
 3<sup>a</sup> quamvis Christus dominus natus est de  
 Virgine potius tamen dicitur factus quam natus  
 cum non sit conceptus uirili semine, sed  
 mystico spiramine.

et. 3  
 Joannis. 1. ad Philip  
 2. matt. 23. ad Co-  
 los. 2. Hieronim ad  
 Damasum in explan. Syn-  
 666

Ex qua ~~conclusionibus~~  
 elicitur conclusio in  
 qua eius summa con-  
 sistit quae talis est.  
 Incarnatus appropri-  
 atus spiritus sancto  
 de quo filius non con-  
 cipitur nec nascitur ut  
 de patre, dicitur autem  
 potius factus quam natus  
 quod mystico spiramine  
 conceptus.

Metrice sic  
 Diviniflatus fuit  
 incarnatus dominum  
 quamvis non diceretur  
 filius atque pater.



Dubia literalia siue  
 ~ textus expositio ~

1  
 contra illa verba ad medium primi capitis  
 (sed potius uno nominato scilicet extu-  
 bus personis, tres intelliguntur) Arguit sic  
 nominata essentia non necessario intelli-  
 gitur persona. ergo nominata una persona  
 multo minus intelligitur alia / 2<sup>o</sup> si nomi-  
 nata una persona intelligitur alia. ergo cum  
 dicimus pater generat. intelligitur q. filius ge-  
 neret. 3<sup>o</sup> qz pari ratione sequitur q. cum di-  
 cimus filium incarnatum fuisse. patrem  
 etiam et spiritum sanctum fuisse incarna-  
 tos intelligamus. quod est absurdum dicere.

Ad hoc R<sup>r</sup> q. citata verba intelligenda sunt  
 de his que ad essentiam pertinent. quorum  
 si aliquod de una tantum persona dicitur oportet  
 q. alia intelligatur. prout advertebatur  
 q. pater potest nominari vel respectu alio  
 essentialis vel personalis. si respectu essen-  
 tialis siue substantialis. quia una essentia  
 est in tribus et quidquid essentialiter con-  
 venit uni convenit et alteri. sic una per-  
 sona nominata necessario intelligitur et  
 alia per necessitatem consequentem. maxi-  
 me cum alius fuerit respectu effectus creati  
 in quo refulcent appropriata tribus personis  
 unde patet solutio ad objectiones. omnes ete-  
 nim procedunt de his que sic conveniunt.  
 unum q. non alteri  
 contra illa verba circa medium capitis secundi  
 qui



qui nascuntur ex aqua et spiritu sancto non  
 aque filios esse recte qui spiritum dixerunt sed di-  
 cuntur filij dei patris et matris ecclesie  
 Arguitur quod mater sic dicitur secundum aliquam  
 uiam translationem. sed secundum hanc  
 etiam aqua potest dici mater sicut et ec-  
 clesia. ergo est iuxta hoc ergo queritur  
 cum Lumbricus naturaliter nascatur ex  
 Somine. quare non dicitur filius eius?

Respondeo dicendum quod filius et pater non so-  
 lum dicitur ab origine sed ab habitu. sed de-  
 bent habere expressam similitudinem. que  
 nam ergo aqua non habet expressam si-  
 militudinem ad eum qui renascitur. sed po-  
 tius ad gratiam per quam renascitur. que ex-  
 pressam habet similitudinem ad eum qui  
 in ea nascitur. que nihil aliud est quam congrega-  
 tio fidelium. ideo renati ex aqua dicuntur  
 filij ecclesie non filij aque. Per hanc etiam  
 demonstrationem. Lumbricus non debet dici  
 filius Somine. quamuis ex ipso nascatur  
 quod non habet ad eum similitudinem. et  
 Augustinus recte infringit illud argumē-  
 tum per adducta ibi exempla. Sic nascitur  
 ex illo. ergo est filius eius. quod filius plus  
 dicitur quam natiuitas. nam filius dicitur origi-  
 nem cum assimilatione.

Respondet etiam cum diuis Thomas hic et  
 in idem redit. quod hęc prepositio. ex denotat  
 causam efficientem. uel materiam ad hoc  
 autem quod aliquid natum ex aliquo materia  
 licet filiationis nomen accipiat. oportet quod in  
 similitudinem speciei producat eum ex  
 quo

ecclesia  
 uero -



quo nascitur sicut filius matri. Et idem capit  
 li. et Lumbrius non dicuntur filij eius, ex  
 quo materialiter nascuntur. Ad hoc eti-  
 am q. aliquid natum de alio adine dica-  
 e filius eius, oportet q. producat de substā-  
 tia agentis et in similitudinem eiusdem  
 species. et q. non sit agens instrumentale  
 sed principale. Prima autem duq. conditio-  
 nes deficiunt in spiritu sancto. Unde Chris-  
 tus non potest dici filius eius. Secunda au-  
 tem et tertia deficiunt in aqua, q. renatus  
 spiritualiter non assumit similitudinem  
 aque. Sed similitudinem dei. et aqua est ins-  
 trumentum diuine virtutis operantis in ea.  
 Verū tamen Dionisius 2. cap. celestis Hierarches  
 vocat aquam baptismi matrem filioſita-  
 tis. Sed minus proprie dicitur  
 Contra illa verba post medium capitis secun-  
 di (dicunt etiam filij gignere non ex illa  
 nati sed in illam preparati) Arguitur  
 ex hoc q. aliquid preparat ad aliquid post-  
 suum esse videtur potius rationem patris  
 q. filij in se habere. ergo videtur q. potius debe-  
 rent vocari patres gignere q. filij.  
 R. dicendum q. filius duplicem habet pro-  
 prietatem respectu patris. una attendit  
 quantum ad emanationem. et altera quā-  
 tum ad possessionis hereditatem. et prima  
 antecedit. et secunda subsequit. et filij ge-  
 nentur dicuntur non ratione prime pro-  
 prietatis. Sed ratione secunde. ad quam prepa-  
 rantur per aliquam assimilationem in diuer-  
 sis



Sus actibus in quibus imitant diabolum  
cuius habitatio est gehenna.

potest etiam cum dno Thoma sic respon-  
deri q. hoc dicit secundum modum loquen-  
di consuetum in scripturis. ut illud quod  
magnam habet affinitatem ad alterum  
filius eius dicitur. sicut Isai. 3. dicit in cor-  
nu filio olei. id est in monte ubi abundat  
oleum. Et similiter. 1. reg. 26. dixit dauid  
de Abner q. filius mortis esset. q. mortem  
iuste merebatur.

4 contra illa verba ad finem capitis secun-  
di (Divina gratia corporaliter repletus)  
Arguit. gratia non fuit in corpore. sed in  
spiritu. ergo non fuit repletus corporaliter  
sed spiritualiter.) Ad hoc tamen R<sup>r</sup>  
q. hoc verbum quo Christus dominus dicit  
et repletus corporaliter gratia tripliciter  
exponit. Uno modo dicit repletus corpora-  
lis per oppositionem ad umbram figure  
veritas enim habet se ad figuram sicut  
corpus ad umbram Unde repletus corpo-  
raliter dicitur id est vere. non tantum fi-  
gurative. Alio modo potest exponi ut di-  
cat corporaliter repletus q. ipsum corpus  
fuit in unitatem persone assumptum. Un-  
de per corporalem repletionem intelligimus  
perfectam corpus et gratuitam anima  
unionem. Tertio modo potest exponi ut dica-  
t corporaliter repletus per similitudinem  
ad triplicem dimensionem. q. deitas fuit  
in Christo domino per essentiam, sicut in om-  
nibus



ribus creaturis, Et ita per modum longitudi-  
 dinis. et per gratiam sicut in omnibus sanc-  
 tis. et sic per modum latitudinis. et per vi-  
 sionem. et hoc patet fuit ad modum profun-  
 ditatis. sed de hoc in 1. lib. distinct. 37. di-  
 ci plenius consuevit

9  
 Contra illa verba in principio capituli tertij  
 (natus de spiritu sancto quia eum fecit) Ar-  
 guitur quod in symbolo non habet, nisi concep-  
 tus de spiritu sancto, natus ex maria Virgine  
 quare ergo quare magis attribuitur spiritui  
 sancto conceptus quam natiuitas Christi domini.

R<sup>r</sup> q. utrumque potest attribui utriusque in sym-  
 60  
 bolum tamen magis attribuitur spiritui sancto  
 conceptus Christi domini quam ipsius natiui-  
 tas propter sanctificationem que fuit in  
 ipsa conceptione, et quod nomen natiuita-  
 tis plus appropinquat ad alium genera-  
 tionem, et ipsa conceptus ad fabricationem  
 corporis inde magis proprie dicitur conceptus  
 de spiritu sancto, hoc enim prepositum. de,  
 terree ibi non materialiter. nec substan-  
 tialiter. sed potestative ac proinde etiam  
 circa illa verba in ibi sequentia scilicet  
 ad initium capituli tertij (conceptus ergo  
 et natus dicitur de spiritu sancto. non quod spiritus  
 sanctus virginis fuerit pro semine) dubi-  
 tat. Innuit enim magister quod Christus domi-  
 nus fuerit conceptus de spiritu sancto quod  
 per gratiam dei et operationem eius si autem  
 hoc est ratio. consequens paritate fieri  
 debet quod spiritus sanctus genuerit eum. et hoc  
 probat ex glossa matth. 3. potens est deus de-  
 La



Sapientibus istis generare semen Absalq. in  
cuius rei testimonium deus genuit de Sara  
filium. ergo iudee quod melius posset dici  
q. generavit filium de Virgine maria. si  
conceptus de spiritu sancto. // // //

Respondeo dicendum esse ad hoc q. sicut in sequen-  
tibus Sabur differt generare et facere q. fa-  
cere dicit operationem virtutis effectusq. si-  
ue causae efficientis. maxime per voluntate-  
tem. generare vero dicit productionem ab  
cuius per modum naturae. maxime cum at-  
tendit quantum ad deductionem rei in se.  
et ideo non concedit aliquo modo q. ipsa  
genuit. quoniam ipsum formatum est ex vir-  
gine per voluntatem et gratiam. non per  
naturam. glossa autem que obliquitur  
debet exponi causaliter ac proinde deus ge-  
nuit filium genuit de Sara. id est fecit ut  
Sara filium gigneret. locutiones autem im-  
proprie non sunt extendendae.

Respondet etiam cum dicitur Thoma hic q. ps-  
tus conceptus q. natus ab attribuit spiri-  
tui sancto. q. conceptum in instanti spi-  
ritus sanctus operatus est. natus autem  
magis proprie dicitur de matre. que eum ex  
utero produxit. Unde in symbolo dicitur conce-  
ptus de spiritu sancto. natus ex maria vir-  
gine

7  
Contra illa verba ad principium capituli que  
arti ( factum ex semine dauid ) Arguitur ex  
Rom. 1. / Damasc. 3. sub. cap. 3 dicente non seminari-  
ter



ter Sed conditioe per spiritum sanctum  
 Sed R<sup>r</sup> q<sup>d</sup> damascenus loquitur q<sup>d</sup> tum ad  
 proximam Christi generationem Christi  
 mini ex Virgine. Verbum autem Aposto-  
 li intelligendum est q<sup>d</sup> tum ad remotos pa-  
 rentes ex quibus seminaliter mater Christi  
 domini processit

Contra illa verba in ibi sequentia ad prin-  
 cipium capitis quarti (Cum aliud sit fie-  
 ri aliud nasci) Arguitur fieri videtur esse  
 commune ad omnem productionem, quia aliquid  
 quod incipit esse. Sed R<sup>r</sup> q<sup>d</sup> tunc est uerum  
 defacere secundum q<sup>d</sup> communiter sumit -  
 proprie tamen dicitur facere prout est exercere  
 aliquam actionem in exteriorem materi-  
 am secundum q<sup>d</sup> dicit Philosophus in 6<sup>o</sup>  
 ethicorum q<sup>d</sup> ars est uelut ratio agibilium  
 unde ad ostendendum q<sup>d</sup> conceptio Christi do-  
 mini est ex principio agente extrinseco  
 non naturaliter agente extrinseco si-  
 cut est in nostra conceptione ideo dicit Aposto-  
 lus cum factum quamuis et naturaliter  
 ceptus uerissime dici possit, quantum ex  
 parte matris  
 de materia huius distinctionis agendum in  
 mas. 3. p. q. 35. ar. 3. et 4. et q. 32. ar. 3  
 et q. 7. ar. 13. Et ibi ipsius interpretis







## Distinctio .5. quae incipit

Præterea inquit oportet

Postq̄ magister in precedenti<sup>o</sup> tractauit de  
persona assumente de qualitate nature  
assumptæ et auctore assumptionis. In hac  
distinctioe quæ quinq; continet capita de  
terminat quasdam substatōnes. et diui  
dit in tres partes principales. In quarum  
prima usq; ubi (sed quærit) determinat  
quasdam quæstiones principales. In 2<sup>a</sup>  
usq; ubi (ideo uero non personam) soluit  
quæstiones quasdam incidentes. In 3<sup>a</sup> re  
mouet impugnantēs usq; ad finem distinc  
tionis. quæ in ep̄thōnem redacta sic sa  
bet. // //

In incarnationis mysterio nec persona assum  
psit personam nec natura personam sed per  
sona diuina naturam scilicet humanam  
quod probat per auctoritatem Augustini  
An autem diuina natura humanam natu  
ram assumpsit? uidet esse in doctoribus  
contrarietas concilium namq; toletanus  
dicit q. solus filius carnem seu naturam  
sumpsit humanam. auctoritates autem  
dam alij dicere uident naturam diuinam etiam  
assumpsisse. <sup>entem fuisse</sup> tenerendum tamen est personam  
diuinam naturam assumpsisse humanam.  
unde ille auctoritates acciprendq; sunt sic q.  
diuina natura humanam naturam in persona  
filij sic unita. Et secundum hunc intellectum  
diuina natura dicitur incarnata scilicet in  
filij







ad Philipp. 2. Hec  
 rōmī in explā  
 fidei. Bactij contra  
 eutichem et Nestorū

ex qua ~~trinitas~~  
 hinc elicitur conclusio  
 in qua eius summa  
 consistit quæ talis  
 est

Nec persona persō  
 nam nec natura  
 naturam assump  
 sit. Nec ~~persona~~ li  
 cet incarnata dici  
 e' caro facta. sic au  
 tem sequentia est  
 anima et ~~caro~~ v  
 nis ut personam  
 humanam non as  
 sumpsit filius dei

metrice sic  
 Non credas aliam  
 q' sumat hypostā  
 sis unam  
 etsi naturas conti  
 nec unaduas.

Magister latius prosequitur adductis prę  
 cipue auctoritatibus. Augustini de fide ad  
 Petrum cap. 2. et lib. 1. de trinitate cap. 7. et 11  
 et in expositio symboli in psalm. 64. cō  
 ciliij toletani 8. et 11. Irenę et Iovani  
 nis Damasceni lib. 3. cap. 6. de ortho. fid.

ex qua tres eliciuntur conclusiones scilicet  
 vna trinitatis in quibus tota eius su  
 ma consistit.

Prima sit Persona personam. vel natura  
 naturam assumpsisse nullus concedit ca  
 bolice

2<sup>a</sup> Sicut sit concedendum q' divina natura  
<sup>cum</sup> personam filij sic incarnata. non ta  
 men est simpliciter concedendum q' fuerit e  
 adam caro facta.

3<sup>a</sup> conclusio. sic præcedit Verbum dei cor  
 poris et anime univrsam q' non assumpsit  
 aliquam humanam personam ~

Dubia Literalia sive

textus expositio

Contra illa verba de sumpta ex Augustino ad  
 medum primicapitis (nec divinitas Christi  
 aliena est a natura patris secundum illud in  
 principio erat verbum) Arguitur quod nec summa  
 ritas ut ex ipsis verbis innuitur videtur erat alie  
 na a natura patris. tunc sic in patre et filio  
 erat una divinitas ergo in matre et filio fuit  
 etiam una et eadem humanitas ac ex conse  
 quenti sicut pater et filius sunt unus deus ita  
 mater



inater. & filius sunt unius ut qd dicitur in  
 R. dicens qd non est oratio in modo similitudine  
 do in carida in pignissis. verba nam unius  
 creatura natura in creatura respectu creature  
 et persona respectu persone quoniam habent  
 aliquam uniformitatem. propter hoc qd ali  
 qua creatura est similis creature in natura  
 et persona est similis persone magna tamen  
 est differentia qd natura divina non mul  
 tiplicatur in personis secundum naturam humanam tra  
 hit multiplicari in diversis personis. Unde  
 duo homines duas habent humanitates et  
 sic illa ratio videtur concludere qd in verbo pro po  
 suo non est omnimoda similitudo sed quantum  
 ad aliquid

Z

circa illa verba post medium caput primi (cum  
 inquit de christo dicit qd in forma dei erat et)  
 videtur qd natura divina dicitur forma non  
 qd sit actus divinus nature sed qd non habet  
 partem nec aliquod potentialitatis in ipsa est  
 natura vero humana dicitur forma non qd  
 comprehendit principia tantum formalem com  
 prehendit enim et formam et materiam  
 sed per modum quo quiditas composita dicitur  
 forma totius. forma igitur dupliciter dicitur uno  
 modo per privationem materię. et sic dicitur  
 ma. Alio modo per comparationem ad materiam  
 quam perfectam. et hoc modo deus non potest dici  
 forma. vel aliter possumus loqui de forma  
 secundum qd dicit relationem ad informatum se  
 cundum rem, vel secundum qd dicit habitudi  
 nem secundum modum intelligendi et hoc 2<sup>o</sup>  
 mo



modo accipit iudicium quod ipse dicit se ad  
 beatitudinem suam respectu dei nullatenus  
 est differentia dei ad suam diuinitatem  
 circa illa verba prope finem primi capitis (3  
 sum verbum carnem factum) ad tractandum  
 quod post ponit ibi pro verbo quod pro sumine  
 accipit et ponit in firmiore de quibus  
 videtur ut istam naturam videat assumptam  
 se et etiam defectus humanam naturam quod  
 deum.

contra illa verba ad medium capitis secundo  
 (in summatore dei verbi diximus omnes  
 et perfectam naturam deitatis in unum esse  
 posthas non incarnatam esse.) Argue. quod  
 signum, omnem, distribuit pro supposito  
 ergo si tres personae sunt hypostases illius  
 naturae videtur quod omnes sunt incarnatae. Sed  
 dicitur quod huius omnem continet synecdoche  
 remanet vel ut signum, sed potius ut ad  
 hunc. Et tantum valet omnem, quantum  
 et perfectum videtur esse negatio omnem et  
 perfectum. Et videtur quod huius omnem  
 distribuit ibi distribuitur videtur dicitur  
 sed tantum valet dicere omnem naturam  
 diuinitatis quantum perfectam. nam est huius  
 negatio quod et continetur ibi copulatio et  
 expositio et accipit et pro idem.)

Aliter patet. Respondetur quod huius omnem pri  
 uat vel remouet diuinitatem partem a parte  
 et perfectum ponit completionem, ut quod se  
 sua diuina natura et incarnata in sua per  
 fectio



factura itaq, non secundum partem et par-  
tem. Et q, sic intellectus sic dicitur potest est  
Ligi ex littera sequenti. vel dicens et  
in idem redit q, omnis ponit pro toto secu-  
dumq, totum dicitur cui nihil deest. et non ex  
parte illa qua totum comparat ad partes q  
natura divina non habet partes

S

contra illa verba ad finem capitis tertij (non sic  
dicitur divina natura esse homo vel facta homo si-  
cut dei filius) Arguit q, homo predicat de  
omni eo de quo predicat filius dei. et hec est ve-  
ra divina natura est filius dei. ergo hec est etia  
vera divina natura est homo.

Rt tamen dicens q, est predicatio secu-  
dum identitatem et per determinationem, et  
predicatio per determinationem magis servat  
proprietaem predicacionis q, illa que est  
per identitatem. Unde hec est magis propria  
filius dei generat q, ista divinitas est gene-  
ratio sicut dicitur in primo libro. et quo-  
niam filius dei est suppositum humanam nature  
non sic autem divina natura. Hinc ista est  
magis propria filius dei est homo q, ista divi-  
nitas est homo ac propterea magister no-  
simpliciter eam negat sed dicit non esse ita  
propria nec ita passim in usum adducenda  
q, ad nimiam expressionem appropinquat ut  
Aliiter etiam quod in idem redit potest hinc cum  
dicitur Thomas Respondeo quod est differentia in-  
ter nomina substantiva et adiectiva, substan-  
tiva enim significant non tantum formam, sed  
etiam suppositum formam. Unde possunt predicari



si ratione utriusque. Et quando predicantur  
 ratione suppositi dicitur predicatio per identita-  
 tem, quando autem ratione forme dicitur per  
 denominationem, siue informationem. Et  
 hec est magis propria predicatio, quia termini  
 in predicato tenentur formaliter, ad uelut  
 autem tantum significant formam, et ideo  
 non possunt predicari nisi per informationem  
 unde hec est falsa essentia est generans  
 quamuis hec sit uera, essentia est pater.  
 cum ergo dicitur filius dei est homo est predi-  
 catio per informationem, et identitatem, cum  
 uero dicitur essentia diuina est homo est predi-  
 catio per identitatem, quia idem secundum rem  
 cum supposito hominis, non autem per info-  
 mationem; quia natura diuina non significat  
 ut suppositum subsistentem in humana natu-  
 ra, et ideo dicitur magister quia uera non est ita ue-  
 ra sicut altera, nec tamen dicitur carnis simpli-  
 citer esse falsam.

De materia huius distinctio agitur diuis  
 Thomae 3. p. q. 3. ar. 1. et 2. et q. 2. ar. 3  
 et 9. et ibi eius expositores.











Distinctio sexta qua incipit  
ex Praemissis autem etc.

Postquam magister in precedentibus egit de filij  
dei incarnatione. scilicet de conditionibus con  
stituentibus actum unionis. In hac distincti  
one, que ~~septima~~ capitibus continet incipit  
agere de conditionibus actum unionis con  
sequentibus. Et circa hoc tractat ~~in~~ <sup>in</sup> hac  
et sequenti distinctio. In prima enim par  
te usque ubi (alij autem dicunt) ponit quatuor  
questiones. In 2<sup>a</sup> usque ad finem distinctio  
nis recitat varias opiniones. In 3<sup>a</sup> parte sci  
licet per totam sequentem distinctionem sol  
vit propositas questiones. <sup>congruam</sup> tractu in epistola <sup>domini</sup> redacta sic habet. ff.

sex

congruam

ex praemissis emerge quatuor plurimum con  
tinent utilitatis sed nimium difficultatis atque  
perplexitatis. cum enim constet ex praedictis et  
alijs pluribus testimonijs omnino catholici fa  
teant deum factum fuisse hominem et Chris  
tum verum deum esse. et verum hominem  
quae an his locutionibus deus factus est ho  
mo, filius dei factus est filius hominis, deus est  
homo, et homo est deus, duas deus factus esse  
aliquid. vel esse aliquid vel aliquid duas esse  
deus et an ita conveniat dici homo factus est  
deus. et filius hominis factus est filius dei sicut  
et converso dicit et extra locutionibus non dicit  
deus factus esse aliquid. vel esse aliquid. que sic  
incollegentia hanc locutionem et similia  
in hunc enim profunditatis reservatione et seriu  
puloque questionis expositione plurimum differ  
re invenimus sapientes. quod ut planius expli  
cet



et ordine literarum pretermittis primo proponemus  
tres opiniones quae in ea ponuntur ostendendo quid  
unaquaeque earum teneat. Secundo in quibus  
conveniunt, et 3<sup>o</sup> in quibus differant.

Prima ergo opinio est quae anima et corpus pri-  
us ordine naturae non temporis fuerunt ad in-  
uicem sibi unita ad constituendum hominem  
ac deinde homo constitutus ex eis fuit a verbo  
assumptus. et quod homo nomen est suppositi, id est  
Secundo asserit haec opinio quod in Christo fuerunt  
duo supposita, unum creatum quod est homo  
et subsistit solum ex duabus substantiis ex ani-  
ma scilicet et corpore non ex deitate, et aliud  
in creatum, quod est filius dei, quod subsistit so-  
lum in natura diuina, et isti quamuis po-  
nantur in Christo duo supposita, non tamen po-  
nuntur duas personas, sed unam tantum, scilicet  
scilicet personam uerbi, quod suppositum hominis  
non dicitur esse personam, quod unitum est dig-  
niori, scilicet supposito diuino, persona autem  
dicitur suppositum ad dignitatem pertinens, quod  
etiam ponuntur distinctionem suppositorum, id est  
dicitur tertio, quod proprietates unius non com-  
petunt alteri absolute, sed cum reduplicatio-  
ne scilicet non est dicendum quod iste homo dem-  
onstratus Christo est aeternus, uel filius dei incep-  
it esse, uel est mortuus, nisi sub hoc sensu iste  
homo, qui dicitur filius dei est aeternus, uel filius  
dei, qui dicitur iste homo incepit esse, uel est mor-  
tuus, dicunt enim quod non obstante distinctione  
suppositorum unum dicitur de altero, non prop-  
ter unitatem suppositi, sed propter maximam  
iii



unitatem gratie et affectus secundum quem mo-  
 dum dicit in psalmo ego dixi dii estis. quarto po-  
 nit lege opinionem q. persona verbi non fuit magis  
 composita post assumptionem q. ante, quibus  
 modo assumptus non pertinet ad unitatem sup-  
 positi. uel personae diuinae. et ideo per eius assu-  
 ptionem persona diuina non est magis compo-  
 sita sed magis simplex ut prius. H. H. H.

^  
 eque

2<sup>a</sup> opinio ponit etiam quattuor. primum est  
 q. corpus et anima fuerunt prius natura unita  
 ad constitutionem humanae naturae et non ali-  
 cuius suppositi. et q. sic fuerunt a verbo assum-  
 pta. Secundum est q. in Christo non est nisi unicum  
 suppositum. et una persona subsistens in dua-  
 bus naturis diuina scilicet et humana. Ter-  
 tium est q. propter unitatem suppositi in dupli-  
 ci natura de illo possunt proprie dici adiectiua  
 significantia proprietates utriusque naturae. siue  
 suppositum importet personam unius na-  
 turae. siue alterius. ut dicens deus est passus  
 uel iste puer est q. ternus. quartum est q. perso-  
 na verbi per incarnationem facta est composita  
 quae prius erat simplex. in hoc sensu q. persona  
 verbi ante incarnationem subsistebat tantum  
 in una natura. post incarnationem uero subsis-  
 tit in duabus.

Tertia opinio similiter ponit quattuor. primum  
 est q. anima et corpus diuisa ab inuicem et si-  
 ne ulla compositione inter se fuerunt a verbo  
 assumpta. unde cum dicit q. filius dei assumpsit  
 humanam naturam. intelligendum est secundum  
 ipsos materialiter. id est partes humanae naturae si-  
 cut



sicut partes domus dicuntur domus: Secundum est, quod si quod duo scilicet anima et corpus fuerunt unita verbo solum accidentaliter per modum extrinseci habitus, sicut uestis utitur homini, et sicut angelus assumit corpus, in quo apparet. Tertium est, quod istae duae substantiae non pertinent ad personalitatem Verbi, sed extrinsece habent ad ipsam, ut indumentum ad hominem, ex quo sequitur quartum, quod cum neutra harum substantiarum sit persona secundum se, et utraque se habeat extrinsece ad personalitatem Verbi, in Christo domino non est nisi una persona tantum. Illa est quae simplex sicut ante assumptionem. Haec ergo sunt quae ponuntur prodestque opinionones.

Secundo videndum est in quibus conveniunt et sunt quattuor in quorum quibusdam conveniunt re et nomine. In alijs autem nomine solum. Primum istorum est, quod omnes opinionones dicunt in Christo domino tantum esse unam personam, in quo se credunt recedere ab errore Nestorij, qui ponit duas personas, et haec est convenientia voce, quod etiam prima opinio ponit in Christo pluralitatem personarum, sicut etiam suppositorum ponit re licet pluralitatem personarum. Secundum est, quod omnes opinionones ponunt in Christo duplicem naturam, divinam et humanam, et tres substantias, deitatem, animam, et carnem, et haec remansisse post assumptionem, in quo recedunt ab opinione Apollinaris, qui non ponit animam assumptam, sed deitatem fuisse in Christo pro anima, et ab opinione Eutichetis, qui dicit post assumptionem in Christo fuisse tantum unam natura



ram. Et hęc similitudo est convenientia in uoce.  
 Quo ad tertiam opinionem, que dicit corpus et  
 animam non fuisse adiuncta in Christo  
 ex hoc enim ponit realiter q. humana natura  
 non fuit in Christo cum humana natura dicitur  
 quod compositum ex anima et corpore.

Tertium est q. omnes iste substantię fuerunt  
 in Christo realiter non secundum apparenti-  
 am contra eorum manifesti. qui testantur si  
 secundum carnem phantasticam assumptis  
 quartum est q. corpus et anima siue coniuncta  
 siue diuisa non fuerunt prius tempore q. es-  
 sent assumpta. sed secundum ordinem nature. Et  
 in his duobus ultimis conueniunt omnes opi-  
 niones et re et uoce. Et sic patet secundum

Tertio uidentur est in quibus differunt  
 et sunt quatuor primum est. De unitate sup-  
 positi in Christo. q. prima opinio ponit duo sup-  
 posita. secunda unitatem tantum. Tertia neq. u-  
 num perfectum. nec duo simpliciter. non uerum  
 perfectum q. suppositum diuinum. quod ponitur ibi  
 esse tertium non comprehendit secundum illam  
 opinionem. quod quod pertinet ad rationem Ch-  
 risti deum. q. corpus et anima diuisa. et sic ab  
 illis suppositis assumpta non subsistunt in illo  
 supposito. sed habent se extrinsece ad modum cas-  
 tis uel habitus. ac proinde plus est in Christo  
 q. illud suppositum. nec tamen sunt ibi plura  
 supposita simpliciter. q. nec corpus. nec anima  
 ab inuicem diuisa perfecte habent rationem sup-  
 positi. quam importat id quod est completum in  
 na



natura. Secundum in quo differunt est ex par-  
 te assumpti. quia prima opinio dicit suppositum  
 Summarium fuisse assumptum. et non personam  
 Tertia dicit suppositum non fuisse assumptum  
 nec naturam in se sed solum in suis partibus.  
 Tertio differunt ex parte assumptionis. vel  
 unionis. quia prima opinio ponit illam unionem  
 esse secundum inhabitationem. in quantum  
 filius dei inhabitat in illo homine. sicut in ex-  
 plo. et secundum unitatem affectus. in quan-  
 tum voluntas illius hominis semper est confor-  
 mis voluntati dei. et secundum operationem  
 quia dicitur illum hominem esse instrumentum  
 verbi dei; Secunda vero opinio ponit illam u-  
 nionem. vel assumptionem esse secundum re-  
 alem existentiam. quia Summaria natura reali-  
 ter existit in natura divina; tertia autem opi-  
 nis asserit quod Christus dominus. est aliquid secu-  
 dum quod homo. quod est quoddam suppositum sub-  
 iectum. quamvis hoc sit male intelligibile. ut  
 postea patebit. Secunda opinio similiter po-  
 nit quod Christus est aliquid secundum quod homo. quia  
 predicat de eo natura humana concretive. sed  
 tertia opinio ponit quod Christus secundum quod homo  
 solum est aliquid modo se habens sicut se habet  
 homo aliter indutus et nudus.

quod si breviter literam distinctionis tenere de-  
 sideras sic eam accipito ¶. ¶. ¶. ¶.  
 proinde loquendum est in expressione eorum  
 que concernunt incarnationem verbo gratulor  
 sumam. nam de propositis illis. deus fac-  
 tus



tus est homo. et homo est deus. et simulibus atq;  
 an per hoc deus factus sit aliquid. vel non factus  
 tres sunt modi ducendi. scilicet opinionones ad expri-  
 mendum unionis prout est modum. quarum  
 prima inter alia effectualiter dicit in Christo  
 duo esse supposita. et unam tantum personam  
 et haec est falsa. Secunda q. in Christo unum est  
 suppositum tantum ac una tantum persona  
 nam corpus et anima Christi simul tempore  
 unita fuerunt. et assumpta atq; per hoc unum  
 suppositum. seu una persona in ipsis indiuisis  
 subsistit naturis. Hinc et propter unionem du-  
 plicis ipsius naturae in unum supposito verb. in  
 omnia utriusq; naturae proprietates significan-  
 tia de Christo domino predicari possunt. ita ut  
 vere dicat deus passus est. a homo iste est eter-  
 nus. ex hoc quoque inferre post incarnationem  
 personam verbi esse compositam. cum prius sim-  
 plex fuerit. non quidem compositione quasi  
 ex partibus unde totum resultat. sed q. perso-  
 na verbi. quae ante in una tantum subsistebat  
 natura post incarnationem in duabus subsis-  
 tit. et sic bene intellecta vera est. Tertia de  
 inde dicit. Verbum humanam naturam ut sa-  
 bitum seu indumentum assumpsisse. Sed haec  
 haeretica a doctoribus reputatur. et abicienda  
 est. quam tamen magister perlongum. sicut  
 et plenam prosequitur. et inde determinationem tan-  
 dem relinquit. quod etiam magister in hac dis-  
 tinctione. animam separatam dicit esse perso-  
 nam communiter non admittit. ? Haec delitara  
 distinc

*[Faint handwritten notes in the right margin, partially illegible.]*



distinctio quam magister Latius prosequi  
 et adductis precipue auctoritatibus Joannis  
 Damasceni <sup>Augustini</sup> sententia Prospari Augustini  
 lib. 13 de trium. cap. 10. et lib. de gratia ruyter  
 tamenti gregoriij super ezechielem. Philippa  
 ses. 2. et ad Roman. 3. <sup>et</sup> <sup>ad</sup> <sup>Philippa</sup> <sup>ses.</sup> <sup>2.</sup> <sup>et</sup> <sup>ad</sup> <sup>Roman.</sup> <sup>3.</sup> <sup>et</sup> <sup>ad</sup> <sup>Philippa</sup> <sup>ses.</sup> <sup>3.</sup>

in encheir. c. 35  
 36 et 38. et sup. Joa  
 15. Joannis. i. Hila  
 rij. 15. de trin. Item  
 August. lib. 33. 99 in  
 9. 33.

Ex quatuor membris  
 elicitur conclusio  
 in qua eius fere  
 summa consistit  
 que talis est  
 In Christo unicum  
 est suppositum -  
 substantialiter si-  
 bi assumens huma-  
 nam <sup>naturam</sup>. de quo utri-  
 usque naturae id id  
 utata predicantur  
 metricae sic  
 Corporis ac anime  
 qualis fuerit unum  
 Christum  
 prendere doctores non  
 potuerunt prius.

ex ea autem tres eliciuntur conclusiones. uel  
 una triumbris in quibus ipseus tota simplici  
 sistit. Prima est. In Christo dominum unicum  
 tantum suppositum est et unum persona.

2<sup>a</sup> Verbum diuinum incarnatum in diu-  
 bus subsistit naturis. et substantialiter sibi as-  
 sumpsit naturam humanam.

3<sup>a</sup> conclusio propter unam naturam diuinam na-  
 turarum diuinam scilicet et humanam in Christo  
 dominum. propter naturas utriusque naturae de ipso  
 predicantur taliter. quod ille deus. deus passus. et  
 illenit homo eternus.

Dubia Literalia siue textus  
 expositio

1

Sacramento et re  
 Sacramenti. i. cor  
 pore Christi / sicut  
 Christi persona cons-  
 tat et conficitur ex  
 deo et homine //.

contra illa uerba post initium capitis quiri-  
 ti (sacrificium ecclesie duobus consistere duo-  
 bus confici uisibili elementorum specie et in-  
 uisibili dominum nostri Iesu Christi carne et sa-  
 guine) Arguitur In hoc enim uerbo primo ui-  
 detur esse insufficientia quod ad constitutionem  
 sacramenti altaris non solum concurrunt  
 duo immo tria. uidelicet elementum exte-  
 rius. corpus Christi uerum. et corpus Christi mys-  
 ticum. Item uidet in uerbo secundo esse

proq



pugnans cum dicit inuisibili carne et sanguine  
 carum enim et sanguis uere sunt corpora ergo  
 uere uisibilia ergo si caro Christi fuit uera caro  
 etiam fuit uere uisibilis. Item uidet quod illa simi-  
 litudo sic inepta quoniam sacramentum et  
 res sacramenti in unitatem personarum non concur-  
 runt secundum quod dicitur et hinc. ergo non uidet  
 ubi recta assimilatio fieri.

Res dicendum quod in sacramento altaris duplex  
 est res scilicet significata et contenta. et signi-  
 ficata tantum. et Augustinus in ista paterio  
 loquitur de re significata cuiusmodi est corpus  
 Christi mysticum. sed de re significata et con-  
 tenta cuiusmodi est corpus Christi uerum. hec  
 enim sola est que facit ad propositum uidelicet  
 ad intelligendum unionis et incarnationis  
 mysterium. et hoc propter similitudinem uer-  
 bis ubi repertam. reperit autem similitudini  
 plex scilicet quantum ad extremorum unita-  
 tem, quantum ad distinctionem siue diuersita-  
 tem et quantum ad finem siue utilitatem:  
 Sicut enim in sacramento altaris est species ui-  
 sibilis et caro Christi inuisibilis prout est subil-  
 lo sacramento: sic in Christo domino est huma-  
 na natura uera sensibilis et diuina que sola  
 est intelligibilis. Similitudo etiam est quan-  
 tum ad distinctionem, quoniam exterior speci-  
 es uisibilis et res interior non concurrunt ad  
 constituendum unum per naturam. sed concur-  
 runt ad constituendum unum sacramentum. quod  
 est unum per ordinem et respectum signi-  
 ad



ad significatum. et sic in christo divina natura et humana non constituunt aliquid tertium sed uniuersum in unam hypostasim. que utriusque est nature suppositum. et in qua utraque natura suo modo substantificatur. et quantum ad hoc non est omnimoda similitudo. sed partim similitudo. et partim dissimilitudo.

tertia similitudo est quod sicut res sacramenti unius exteriori signis ut mediante illis cogitatur. et ad ueram utilitatem conuertatur sic divina natura unius humana. ut in ea cogitaretur. Et inde est etiam quod talis unitas similis est illi unioni qua copulatur uerbum ipsi ueri ut ab alijs cogitari possit. et per hoc patet responsus ad obiecta. non enim ualeet quod opponit de insufficientia quorundam ad propositum sufficientiam illa duo membra

Nec ualeet quod opponit de repugnantia quod non dicit secundum uerbum carnem et sanguinem inuisibilia simpliciter. sed prout sunt sub sacramento contenta. Neque illud de carum uniuersum disconuenientia quod non uult dicere quod illa sunt omnimodis similia. sed quod similitudinem habent quantum ad tua predicta.

circa illa uerba post medium capitis quinti sunt etiam alij qui incarnationem uerbi non solum personam ex natura compositam regent uerum etiam hominem aliquem sive etiam aliquam substantiam ibi ex anima et carne compositam uel factam diffiterentur. Notandum est



est q. tria insinuante in litera illius opinionis  
 que valde sunt improbabilia. Primum cum  
 dicitur (ex anima et carne aliquam substantiam  
 compositam difficere) et illud communiter est  
 improbabile, quoniam ex forma et materia  
 resultat unum compositum. Si ergo anima  
 habeat naturalem inclinationem ad corpus  
 sicut ad propriam materiam, quam perficit  
 necessarium erat ex anima et carne in christo  
 ad dominum aliquid tertium constitui, illud vero  
 aut est substantia aut accidens, accidens vero  
 ut constat q. substantia non est pars accidentis  
 necesse est ergo q. fiat inde substantia.  
 Aliud improbabile est in hoc quod dicit q. illis  
 duobus, velut in dumento verbum dei vestire  
 et ut mortalium oculis congruenter appare-  
 ret. Si enim hoc verum esset, cum anima non  
 appareat oculis, non assumpsisset animam  
 et preterea si Christus apparebat esse homo  
 et non erat verus homo alius apparebat q. es-  
 set, ergo aliqua falsitas et aliqua deceptio  
 fuit in christo, quod omnino absurdissimum  
 est. Veritas enim non fallit, nec falli po-  
 test. Item tertium improbabile est in hoc  
 quod dicit illa duo singularitatem personarum  
 verbum dei assumpsisse, q. illis duobus, acci-  
 dentibus non est personarum numerus autus,  
 si enim hoc verum esset, cum columba in  
 qua spiritus sanctus apparuit non auxerit nu-  
 merum personarum indivinis assumpta est  
 in unitatem personarum, quod nefarium est dicere  
 Item



Item cum aliqua anima unice des per us  
 unitatis conformitatem, et nullo modo ex  
 hoc crescat in trinitate numerus personarum  
 que libet anima sancta assumeret a verbo  
 in unitatem personarum, ac per consequens qui  
 libet sanctus esset deus, quod dicere est herese  
 trinitatem et omnino peruersum, et propte  
 rea iste modus dicendi, sicut ex litera illi  
 que repudiat tanquam erroneus, nec creden  
 dum est magister fuisse de opinione ista  
 nec dicere hoc asserendo, vel approbando, sed  
 aliorum opinionem referendo. Sane autem  
 opinionem sicut et alias nec omnino re  
 probat, nec omnino approbat, non dum esse  
 nim claruerat eius falsitas, maxime cum  
 uideat super verba sanctorum esse ficta data  
 Contra illa verba post initium capitis sexti (mul  
 tis modis habitum dicimus, uel habitum animi 3  
 sicut discipline preceptum uel usum formatam etc)  
 Arguit. Primum enim distinguit habitum in  
 tria membra. secundo distinguit alia distri  
 ctione per quattuor membra, ergo uel una est  
 superflua, uel altera diminuta. Item uide  
 tur aliqua membra secundum divisionem esse im  
 possibiliter dicere enim quod quedam accedunt  
 que mutant, sed non mutant, sicut superbia  
 hoc autem uidetur esse impossibile, quod si ex aliquo  
 accidente adueniente mutat subiectum uidetur  
 quod ipsum multo magis debeat dici mutatum, quod  
 de ente in potentia fit ens in actu. Item aliud  
 mem.



membrum similiter quod dicitur quod quaedam accidunt, quae nec mutantur nec mutantur uideatur impossibile. nihil enim unum acquiri potest sine aliqua mutatione acquirentis, uel acquisiti ergo impossibile est quod aliqua differentia habitus introducat in esse quin fiat mutatio in habitu uel habitante.

De quo Augustinus distinguit habitum simpliciter, uno modo in se per indifferentias proprias quae respiciunt habitum, quantum ad esse et istae sunt tres, omne enim quod habet aut habet interius, aut exterius, aut partim interius partim exterius. Si omnino interius, sic dicimus habitum animae ut scientiam, et disciplinam. Si omnino exterius, sic dicimus habitum eorum, quae exterius corpori accidunt, sicut esse lectum, et calcatum. Si quodam modo interius, et quodam modo exterius, sic dicimus aliam alio ualidioram et fortiozem.

Et sic quasi tenet medium inter duas differentias priores positas, et ad istas tres differentias reduci possunt septem illi modi habitandi quos assignat Philosophus in postpraedicamentis. Sed quod iste modus distinguendi parum ualeat ad propositum, idem sicut Augustinus alium modum distinguendi per quattuor membra qui respicit ipsum habitum quantum ad fieri et hinc diuisus est quatuor membris secundum quattuor combinationes sufficientes et immediate. Hoc enim quod accedit alicui, aut mutat tantum, et non mutat sicut sapientia, aut mutat et mutat sicut cibus, aut nec mutat nec



mutat ut annulus, aut mutat sed non mu-  
tat ut vestimentum. et quartum membru-  
m valet ad propositum. et per hoc patet respo-  
sio ad primum obiectum. istae enim quattuor  
ordines differentiae reducunt ad tres illas. ides neque  
istae sunt superfluae, neque illae diminutae.

Ad illud quod opponit quod sapientia mu-  
tat sed non mutat. Respondeo quod ad hoc quod quis fi-  
at sapiens concurrens sapientia creata et in-  
creata, sicut ad hoc quod fiat gratus concurrens  
charitas creata et increata, cum autem in-  
quiritur deest, quod sapientia non mutat  
non intelligit de sapientia creata, quae est  
accidens animae, sed de sapientia increata  
et hoc frequenter aduertendum est in ver-  
bis Augustini, cum loquitur de sapientia et  
gratia, et modo loquitur de increata. //

Potest etiam hoc verbum intelligi de sa-  
pientia creata, sed tunc non loquitur Augusti-  
nus de quocumque genere mutationis, sed de  
illa mutatione quae est de una dispositione  
ad alteram, ut patet de mutatione, quae est  
secundum formam. Et tunc non habet in-  
stantiam in sapientia, quia sapientia accidens  
non alterat quamvis sapiens secundum  
illam alteret. et per hoc patet solutio ad  
tertiam obiectivam, non enim excludit om-  
nem mutationem Augustinus, sed illam mutationem  
alterationis, quae est secundum qualitatem  
absolutam, sicut autem non est coniunctio  
annuli ad digitum, sed solum quae est mutatio



Secundum locum aut situm // // // //  
de materia istius distinctionis agit dominus tho-  
mas 3. p. q. 17. ar. 1. et 2. et q. 2. ar. 4. etc.  
et ibi eius interpretes.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



The first part of the book is a history of the  
 church in the city of London, from the  
 time of the Romans to the present  
 day. It is written in a plain and  
 simple style, and is very interesting  
 and useful. The second part is a  
 description of the city of London,  
 and of the various parts of it. It is  
 written in a plain and simple style,  
 and is very interesting and useful.  
 The third part is a description of the  
 various parts of the city of London,  
 and of the various parts of it. It is  
 written in a plain and simple style,  
 and is very interesting and useful.  
 The fourth part is a description of the  
 various parts of the city of London,  
 and of the various parts of it. It is  
 written in a plain and simple style,  
 and is very interesting and useful.  
 The fifth part is a description of the  
 various parts of the city of London,  
 and of the various parts of it. It is  
 written in a plain and simple style,  
 and is very interesting and useful.  
 The sixth part is a description of the  
 various parts of the city of London,  
 and of the various parts of it. It is  
 written in a plain and simple style,  
 and is very interesting and useful.  
 The seventh part is a description of the  
 various parts of the city of London,  
 and of the various parts of it. It is  
 written in a plain and simple style,  
 and is very interesting and useful.  
 The eighth part is a description of the  
 various parts of the city of London,  
 and of the various parts of it. It is  
 written in a plain and simple style,  
 and is very interesting and useful.  
 The ninth part is a description of the  
 various parts of the city of London,  
 and of the various parts of it. It is  
 written in a plain and simple style,  
 and is very interesting and useful.  
 The tenth part is a description of the  
 various parts of the city of London,  
 and of the various parts of it. It is  
 written in a plain and simple style,  
 and is very interesting and useful.



Distinctio septima quae incipit  
 secundum primam uero dicitur

Postquam magister in precedenti questione et  
 opinionibus propositas recensuit. In hac distinctio-  
 ne, quae tredecim capitibus continetur proponit  
 specialius sententiam tertiae opinionis, quae  
 tribus propositis (iuxta duos modos dicen-  
 di doctorum) satis faciens, quae in epiphora  
 redacta subsabit.

Secundum primam opinionem quae ponit plu-  
 ralitatem suppositivum. ista sunt uere deus  
 factus est homo et homo factus est deus, quia non  
 per naturam, sed per gratiam adoptionis unum  
 dicitur esse alterum, et sic deus factus est de nouo  
 quaedam substantia, et quaedam substantia fac-  
 ta est deus, quod tamen non erat prius, et  
 hoc confirmat per dictum origenis, qui dicit  
 factus est deus, qui prius non erat secundum  
 carnem. Secundum uero secundam opinio-  
 nem, quae ponit tantum unum suppositum  
 sensus est, deus factus est homo quia factus est  
 subsistens in duabus naturis, diuina scilicet  
 et humana. Et homo factus est deus, quia subsis-  
 tens

et in tres  
 partes di-  
 uiditur  
 tres



tens in natura humana est deus, et sic per  
 sona filij post incarnationem est composita  
 que prius erat simplex, secundum eandem  
 opinionem filius dei in quantum homo est  
 predestinatus, non in quantum deus, et res  
 ponderit isti ad aliquas auctoritates que vi  
 dent esse pro prima opinione, ut cum le  
 gitur assumptus a verbo, ibi enim accipit  
 homo pro humana natura, non pro suppo  
 sito. Dicit etiam secunda opinio, quod sunt  
 est una persona dei et hominis, sic deus et  
 homo non sunt aliud et aliud. Postea ob  
 iicit contrarium, et adducit quasdam aucto  
 ritates Augustini, que dicunt, quod aliud est  
 verbum dei, aliud est homo, aliud est filius  
 dei, aliud filius hominis, et non alius, et  
 ad hoc Respondet, quod per illa verba non signi  
 ficat pluralitas personarum, sed naturarum  
 quod alterius nature est Christus Dominus in  
 quantum deus, et in quantum homo, quod  
 confirmat per Joannem Damascenum, qui  
 etiam dicit personam verbi post incarnatio  
 nem esse compositam, et idem confirmat per  
 Hilarium. Simili modo determinat qu  
 asdam auctoritates Augustini. Postea vero  
 arguit ex eodem Augustino contra illud, quod  
 dictum est personam verbi esse compositam  
 dicit enim Augustinus, quod deus vel homo non  
 est pars illius personae, et sic persona non videtur  
 esse ex eis composita, et Respondet, quod non  
 est tanquam ex partibus componentibus aut cons  
 ti



tituentibus personam. sed est quaedam alia  
inexplicabilis compositio.

Postea dicit q. secundum tertiam opinionem  
cum dicit deus factus est homo. vel humana  
tus intelligendum est secundum habitum  
sicut dicit homo indutus. Similiter cum di  
cit filius dei predestinatus est esse homo. vel  
homo est predestinatus esse filius dei sub hoc  
sensu est intelligendum, q. predestinatum  
est a deo ab eterno. q. deus sit homo. et q. homo  
sit deus. Subdit etiam q. licet benedictus  
q. homo sit deus. non tamen dicit q. ille homo  
scilicet Christus sit homo dominicus. Ultimo  
excusat se a determinatione istarum o  
pinionum. et committit iudicium auditorij  
et hęc de litera distinctio quam magister

*[Faint marginal notes]*

et lib de  
fide ad Pe  
trum. cap  
i. circame  
diurn et  
de predest  
sanctoy. et  
lib de eccl  
stat dog. 11  
matibz

Joannis Damasceni precepte lib. 3. cap. 7. et  
Roman. primo.

ex qua tres eliciuntur conclusiones. vel unat  
membris in quibus tota ipsius summa consistit  
Prima conclusio. deus factus est homo. et ho  
mo factus est deus

2<sup>a</sup> filius dei predestinatus est esse homo in dua  
bus naturis. et tribus substantijs subsistens

3<sup>a</sup> homo. id est humana natura assumpta est  
a deo in unitatem suppositi in Christo domino

Origenis super epist //  
ad Roman / Hiero /  
nisi de assumptione  
marie. Ambrosij lib  
3. de spiritu sancto. cap  
10

ex qua ~~trium~~ <sup>trium</sup> ~~conclusiones~~  
elicitur conclusio in  
qua eius summa con  
sistit. que talis est  
Deus factus est homo  
et homo factus est de  
us filius dei predesti  
natus est ut esset  
homo in duabus na  
turis et tribus subs  
tantijs / quicumque  
dominus omnium  
non tamen dicitur ho  
mo dominicus.

me



Deus est metricus  
sic / quæstionibus  
in plebs uersans am  
Sage magistros : //  
Sexta sexta et tibi  
Septima mixta doce

qui cum sit dominus omnium non dicitur  
non dominus.

Dubia Literalia siue  
textus expositio -

1  
circa illa verba post initium capitis primi (fac  
tus est sine dubio. id quod prius non erat) nota  
q. eiusmodi locutus est impropria, q. neq. potest  
intelligi de natura. q. deus non est factus huem  
ana natura neq. de persona siue de supposito  
q. illud suppositum semper fuit secundum se  
eundam opinionem unde exponenda est. id  
quod prius non erat id est habens naturam qu  
am prius non habebat ~

2  
Contra illa verba circa finem capitis noni (in  
explicabile enim est mysterium istius unionis  
quia non est partium ratio) Arguit. q. in mul  
ta in unione est pars et pars Super leuit. etc  
num. 5 (decimam partem) glossa esicij aut de  
cima pars epti est humanitas Christi, eptia u  
tem mensura trium modorum significat  
trinitatem. et sicut se habet signum ad signu  
ita significatum ad significatum. sed signu  
est pars signi. ergo et significatum est pars signi  
ficati. ergo humanitas est pars Christi. Item  
in symbolo dicit sicut anima rationalis et  
caro unus est homo, ita deus et homo unus  
est Christus, sed caro et anima sunt partes ho  
minis. ergo humanitas et diuinitas sunt par  
tes Christi.

Respondet q. pars multis modis dicit. uno mo  
do est numerus, quo pacto dicitur omne illud, quod  
ue



uenit in compositionem alicuius, siue secun-  
 dum realem compositionem, siue secundum  
 rationalem et sic illa quae sunt de definitione  
 dicuntur partes rei notificatae. Alio modo dicitur  
 pars illud, quod uenit in constitutionem alicuius  
 secundum rem, et naturam siue habeat  
 quantitatem, siue non. Et hoc modo anima est  
 pars rei animatae. tertio modo dicitur pars ma-  
 gis proprie illud, quod uenit in constitutionem  
 alicuius secundum rem, et naturam, et secun-  
 dum quantitatem continuam, uel discretam  
 sicut pes et manus sunt partes corporis, et bi-  
 narius est pars quaternarius / quarto modo dicitur  
 pars magis proprie, quod uenit in constitutio-  
 nem alicuius realem, uel quantitativam se-  
 cundum certam, et determinatam mensuram  
 itaque aliquoties sumpta reddit suum totum, et  
 ista pars dicitur aliquanta, et est propriissima  
 uenit ratio partis.

Cum ergo quaeritur Vtrum humana natura sit  
 pars Christi. Respondendum est, q. si pars accipi-  
 at communiter primo modo, potest concedi q.  
 sic pars. si enim quis uellet notificare quod  
 sit Christus diceret ipsum unam hypostasi-  
 sim in duabus naturis, diuina scilicet et hu-  
 mana. Si autem pars proprie accipiat sic hu-  
 mana natura non dicitur pars Christi, et sic in-  
 telligenda sunt uerba magistri in littera, et  
 per hoc patet responsio ad obiecta. in talibus  
 enim non est communis similitudo  
 contra illa uerba ad finem capitis undecimi (in  
 hominem deificationem dicimus, sed deum hominem  
 fac

3



factum) Arguit. sicut enim diuina natura  
 humana unita est. ita et humana diuina. er-  
 go sicut dicimus deum humanatum. ita ho-  
 minem deificatum. Item in unione diuina  
 nature ad humanam diuina natura non est  
 minuta. sed humana est exaltata. ergo huma-  
 na natura magis tracta est ad conformitatem  
 diuina. q̄ diuina ad conformitatem humanam  
 ergo potius debet dici in Christo humana natu-  
 ra deificata q̄ diuina humanata. si dicas  
 q̄ denominatio debet fieri a notiori. non uia  
 licet. q̄ denominatio non solum debet fieri a no-  
 tiori. sed etiam a digniori. si etiam dixeris q̄  
 esse humanatum predicat habitum sicut ter-  
 tra opitio non solum difficultas. q̄ non tan-  
 tum dicit humanatum. sed dicit factus homo  
 ergo si debemus dicere q̄ homo est deus. et deus  
 est homo uidet q̄ nullum inconueniens sedi-  
 cere hominem esse deificatum. // // //

R̄ dicendum q̄ hoc adiectiuum huma-  
 natum. non solum predicat <sup>sa</sup> habitum. sed etiam  
 am unionem. unde nihil aliud est dicere de-  
 um esse humanatum q̄ carnis unitum. Iste  
 autem. quod est deificatum. quamuis possit  
 importare unionem importat tamen simili-  
 ter ordinem. et antecessorem. et deificatum  
 enim componit a deitate. et factum. unde dei-  
 ficatum. idem est quod factum esse deum. et quo-  
 niam humanitas diuinitatem non antecedit  
 ides Damascenus sane non concedit hominem  
 esse deificatum. // Vel dicendum q̄ damas-  
 cenus



carnis non negat simpliciter. Sed q non est ita  
 propria. Somnus est defuatus. sicut loq. deus  
 est factus Somnus. Nam ipse dicit quarto libro  
 oportet scire. q non secundum q determinationem  
 nature. vel confuionem caro defuata est.  
 tantum enim ualet dicere carnem esse dei  
 ficatam: quantum deitati esse conuictam. q  
 non negat per dicitam locutionem tanqz fal  
 sam simpliciter. Sed non est ita propria sicut  
 eius conuersa. posset etiam uis fieri in hoc q  
 dicimus Somnum. qz ex parte subiecti ita pro  
 Hypothasi ex parte uero appositi pro forma  
 non sic autem Hypothasis Sumus Somni  
 est defuata cum semper fuerit deus. sic autem  
 est Sumana natura cum non semper fuerit ho  
 mo. Et sic patet utraqz obiecto.

A Contra illa uerba in principio capitis duode  
 cimi (et licet dicat Somnus deus non tamen  
 dicit Somnus dominicus) Arguit qz in lib. 83  
 questionum dicit monendum est ut illa  
 eterna bona expectent quz fuerunt in ho  
 mine dominico quod intelligit de Chris  
 to domino. Si dicas obiecto qz supra primum  
 librum Regum dicit glossa Bede <sup>tibi</sup> quis estis  
 te Somnus nisi Somnus dominicus ergo si hoc po  
 test dici de alijs Somnibus multo magis de  
 Christo domino.

intelligit de  
 alijs.

Et qz hoc nomen dominicus secundum com  
 munem usum accipit dupliciter scilicet pos  
 sessore et similitudinarie. Unde dicit Somnus  
 dominicus qui possidet a domino. uel qui est  
 si.



Similis dominus. et q. secundum utramq. e.  
 paratorem dicitur dicitur et dicitur  
 eius de quo dicit ad dominum respectu cu  
 ius dicitur cum dicitur sit dominus <sup>vere</sup> <sup>vere</sup>  
 dicitur non est ipsum esse dominum domi  
 num. et idem hoc retractat Augustinus. os  
 tendens q. potest malum generare intellectu  
 posset tamen sane intelligi ratione summa  
 nature que a domino possidet. et domino  
 assimilatur et a domino causatur. ac proinde  
 sic retractat Augustinus. q. potest habere sa  
 num intellectum.

Cum autem obicit de alijs hominibus iam  
 patet q. non est simile non enim est tanta  
 disparitas illius hominis ad deum. quanta  
 horum hominum.

De materia huius dicitur agere dicitur  
 Thomas. 3. p. q. 16. ar. 6. et 7. et q. 24.  
 ar. 1. et 2. et ibidem ipsius interpretet.

intelligitur de  
 ipso



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

*[Faint handwritten notes in the right margin]*

*[Faint handwritten notes in the right margin]*

*[Faint handwritten notes in the right margin]*







Distinctio octava qua incipit

post predicta inquiri debet etc. //

Postquam magister in precedentibus egit de conditionibus sequentibus ad unum unius quoad effectum ex ipsa sequentem. In hac distinctio-  
ne, qua duobus capitibus continet decem dem-  
conditionibus quantum ad naturam unientem  
et communicationem idiomatum tractat. ac fa-  
cit tua in hac et sequenti distinctio. Nam  
primo a principio distinctio usque ibi (quae  
etiam solet) inquirat an natura divina in Chr-  
isto possit dici nata? Secundo usque ad finem  
huius distinctio inquirat an ratione duplici  
natura Christus dominus possit dici bis natus?  
Tertio An Christi casus adoranda eadem adora-  
tione qua verbum. Et hoc per totam sequentem  
distinctio. praesens autem distinctio in e-  
ssentiam redacta sic habet. // // //  
concedi non debet natura divina nata de vir-  
gine, nisi in quantum persona nata de eadem  
dicere. Nam in quantum natura stat praesentia  
nec de virgine, nec de patre nata dici po-  
test. Et hoc etiam modo supra dictum est  
natura incarnata. ~~non~~ <sup>pro</sup> ~~quod~~ <sup>quod</sup> ~~in~~  
**persona** incarnata dicit. Affirmatur autem  
Christus dominus bis natus <sup>et</sup> ~~scilicet~~ duas habens  
se natiuitates diuinam ex patre, et humanam siue temporalem  
ex matre ob distinctas illarum natiuitatu  
proprietates. et haec de litera distinctio, quae  
magister Latius prosequit ad vultus auctorita-  
tibus praecipue Augustini. sub defide ad Petrum  
cap. 2. circa medium. et Ioannis Damasc. lib. 3

in hac distinctio  
magister in precedentibus  
egit de conditionibus  
sequentibus ad unum  
unius quoad effectum  
ex ipsa sequentem.

¶ duas ergo Christi  
natiuitates ut ait da-  
mascenus veneramus  
unam ex patre ante se-  
cula quae est super cau-  
sam et tempus et na-  
turam. alteram que  
in ultimis temporibus  
propter nos. et secundum  
nos. et super nos quae pro-  
pter nostram salutem. et  
quae natus est ex muliere  
et tempore conceptionis  
nostram mentium. et sup-  
er nos quae ex spiritu sancto



ex qua unica elicit conclusio ~~trinitatis~~  
 in qua ipsius summa tota consistit. quae talis  
 est. Natura divina non dicitur nata ne  
 quae incarnata, nisi pro quanto persona verbis  
 carnem assumpsit et incarnata dicitur. in  
 qua duplex est nativitas scilicet aeterna a  
 patre, et temporalis a matre.

metuere sic  
 In christi natura de  
 natura usetur  
 nimirum personam sig  
 nificatorem.

Dubia literalia sive  
 textus expositio

contra illa verba post initium capituli primi  
 (quae enim res non est de patre genita non  
 dicitur de matre nata) Arguit christus secun  
 dum humanam naturam conceptus est de  
 spiritu sancto, et natus ex maria Virgine ita  
 quod spiritus sanctus non est eius pater. Sicut  
 Virgo sic eius mater, ergo citata verba fal  
 sitatem continent.

Respondendum quod magister loquitur de illa  
 nativitate, qua res aliqua dicitur nasci, itaque  
 vendicat sibi proprietatem sive de summa  
 naturam filiatorem. Hoc autem non ita  
 habet humana natura in christo, et idcirco  
 est recta instantia contradicta magistri in  
 litera

circa illa verba post initium capituli primi  
 Hoc est enim nasci de virgine hominem ad  
 sumere) notandum quod veritatem continent  
 si humana natura dicatur homo, et si assu  
 mere dicatur ad se sumere, vel in se, quod  
 divinae naturae non convenit

circa



3

circa illa verba prope medium capitis secun-  
di (duas ergo distinctivitates veneramus)  
dubitat et arguit immo enim magister  
quoniam naturam ex parte veneramus  
que est supra causam, rationem, tempus et  
naturam. Sed contra generatio filij dei ex  
patre est naturalis generatio. Sed generati-  
o naturalis est secundum naturam non su-  
pra naturam. ergo falsum est dicere q. sit su-  
pra naturam. ac proinde iuxta hoc quod  
peres quod distinguunt illa quatuor. que in  
auctoritate ponuntur. videtur enim q. transit  
nisi verborum inconvencatio.

1.

Res dicendum q. natura non accipitur  
communiter. sed pro natura creata. Unde  
nullo modo dicere q. generatio filij sit supra na-  
turam eternam. que est natura naturans  
sed super naturam creatam. que consuevit  
dici natura naturata. Et nota q. ista quat-  
tuor <sup>sic</sup> distinguuntur sicut causa referat ad na-  
turam angelicam. ratio ad naturam huma-  
nam. tempus. ad virtutem celestem. et na-  
tura ad virtutem inferioris creature. ut sit  
sensus generatio illa est supra causam. id est  
virtutem angelicam. et rationem. i. virtu-  
tem humanam. et tempus. i. operationem  
coelestem. et naturam id est virtutem infe-  
riorem. ) Vel aliter ut causa referat  
ad virtutem agentem. et ratio ad potentiam  
agentem. et tempus ad mensuram limi-  
tantem. natura vero ad modum operandi consue-



tridinem) Contra illa verba circa membra  
 pitis secundi (natus est homo ex muliere in  
 tempore conceptus) Arguit quod conceptus  
 illa non fuit in tempore, sed in instanti. →  
 Praeterea si conceptus sua fuit similis nostre  
 quantum ad tempus, ergo non videtur verum  
 quod subiungit, quod super legem nostre con-  
 ceptionis. ) R<sup>r</sup> diceretur, quod conceptus ac-  
 cipit dupliciter, vno modo dicitur conceptus  
 ipsa operatio naturae in formatione corporis  
 usque ad susceptionem animae: Alio modo di-  
 citur conceptus large in virtute et perfecti-  
 one corporis usque ad partum et egressum ip-  
 sius de ventre. Si ergo primo modo dicatur  
 conceptus sic Christi dominici conceptus non  
 fuit secundum nos, sed supra nos; nec fuit  
 in tempore, sed in instanti. Si autem secun-  
 do modo dicatur conceptus large, sic fuit secun-  
 dum nos, quod videtur in mensibus nutritus fuit  
 et crevit in utero matris, ut abijt homines  
 antequam nascerentur, et hoc sufficienter habetur  
 est auctoritate considerat supra.  
 De materia huius distinctionis agere dicitur Thomas  
 3. p. q. 35. ar. 2. et 5. et ibi eius interpretes →











Distinctio nona quae incipit

Pertinet ad investigari oportet etc.

Postquam magister in precedenti distinctioe  
Respondit ad duas quaestiones ibi propositas  
in hac quoque duobus capitibus continetur soluit  
tertiam quaestionem. cui scilicet <sup>anima</sup> Christi <sup>et</sup> caro  
debeat eadem adorazione venerari seu ad  
raii qua verbum cui est unita. et in epistola  
mea redacta sic habet.

opinionem quorundam carum vel anima Christi  
si seu eius humanitas adorazione illa. que  
Latina dicit. ad divinitati debet. que in dilec  
tione cordis et sacrificiorum exhibitione est  
consistit non est adoranda. ne idolatria commi  
tat. Veneranda autem est Christi dominici hu  
manitas seu honoranda dubia excellentia ac  
super omnem creaturam veneranda et  
ut ligenda. Secundum alios autem sine om  
ni periculo eadem Christi humanitas Latina  
recte adoratur. non quidem ratione sui. sed sup  
positi. in quantum scilicet a deo in unitate  
suppositi est assumpta. Neque ab eo unquam  
parata. que quidem sententia vera est. et  
dictis sanctorum. precipue Augustini et  
Damaseni in littera confirmatur. <sup>et</sup> eius  
autem conclusio in promptu est. scilicet. Humanitatem Chris  
ti Latina adorandam

neque ob id idolatria /  
committitur quemadmo  
dum et regis praeputi  
ra dum est unita de  
gi. et ipse ea induens  
eadem eum es vene  
ratione honoratur.  
non ergo rudam car  
nem adoramus sed  
ut unitam deitati.  
immo sicut dicit Damas  
cenus quemadmodum  
truncat carbonem  
tangere propter lig  
na expulsi ignem  
sic in presenti adora  
Christi divini simul  
tranz naturam prop  
ter carni unitam deita  
tem

Dubia literalia sive  
textus expositio

1 circa illa verba prope medium capitis primi  
Cultus divinitati debitus ei exhibeatur sui  
cultus in dilectione et sacrificij exhibitione  
atque

intra dicta alij aiunt  
alij negant / metrici  
nunquam sacra dei verba  
capo deservit absens  
ob id cultu pariter  
per honore fuit.

Cest enim  
duplex du  
lia quae  
altera cre  
aturae cui  
liber proe  
minent  
exhiberi  
potest



atque reverentia consistit) queque qualiter  
distinguitur illa tria. Et videtur quod insufficienter  
dicat quod magis videtur consistere in adoratis re  
aut enim Rabanus sic ait Christi adoranda  
est latra sicut verbum. Sed non omnisp  
cie latre quoniam non adoramus eam pos  
trati in terra sicut credamus quod viscerant  
ex nihilo, ergo videtur quod potius prostratis in ter  
ram pertineat ad cultum id est quod illa predicta  
Item videtur diminutio quod non tantum modo  
deus dilectione sed etiam fide et queque ergo qua  
licet distinguitur illa tria predicta.

Et quod sicut supra dictum est videtur deus esse  
cultu interiori et exteriori. ut autem magis  
ter exprimeret utrumque cultum dicit quod con  
sistit in dilectione quoniam cum subicit ad cul  
tum interiorum. itaque in dilectione intelli  
gimus tres theologicas virtutes scilicet cha  
ritatem fidem et spem ad eam progambulas  
ergo quantum ad cultum exteriorum dicit  
quod est sacrificium. itaque sacrificium com  
prehendat omnem reverentiam que ex  
terius exhibetur solidis per hoc accernitur  
subdit Reverentiam comprehendit utrumque  
Et sic potest differentia horum trium quod  
dilectio refertur ad cultum interiorum sacri  
ficium ad exteriorum Reverentia autem  
ad utrumque) Vel Aliter dilectio refertur  
ad principium modicum sacrificium refer  
et ad altum. Reverentia ad summam et  
modum.) Vel dilectio refertur ad animam



Quod ad usus. Reverentia ad altus in  
 poris. Sacrificium autem ad bona que pro  
 hominibus et peccatis. vel ad utrumque scilicet  
 ad bona animi et corporis. quod sacrificium deo  
 est spiritus contribulatus. et Apostolus nos  
 nec ac offeramus deo corpus nostrum sicut  
 viventem etc.

Ad illud quod dicitur de adoratore et  
 oblatione. Per q. illa potest comprehendere  
 mine sacrificij. vel dicamus q. illam  
 nominat q. non est cultus soli deo debitus  
 non tantum enim propter imperium  
 deo. sed etiam etiam hominibus. Unde  
 non est intelligendum q. debemus vel  
 docere q. non debemus nos summa  
 nitate prosternere. sed q. prosternendo nos  
 etiam summa nitate. non debemus pro  
 ferri nos esse creatos ratione summanitatis  
 sed deitatis. Deici etiam potest q. adoratio  
 comprehendit sub hoc quod dicitur reverentia  
 sicut et fides intelligit per dilectionem  
 et sic patet in responsu ad sequens.

L

contra illa verba post initium capituli secun  
 di (quem adoramus cum patre et spiritu  
 una adoratio cum in unitate unita carne)  
 Arguit contra ~~quod dicitur de unitate~~ Pater  
 et spiritus sanctus sunt persone distincte. et  
 in unitate unita debet una adoratio per se  
 ergo si ad multiplicationem obiecti sequitur  
 multiplicatio actus videtur q. ille persone sue  
 mul

Damasceus



multiplici adoratione non unica venerari  
 Item adoratio subsequitur directione  
 fidei. sed fides distinguit inter personas  
 ergo et adorans secundumq. talis etiam  
 distinguit inter personas. et sic scilicet scilicet  
 idem quod prius. Item sequitur ex dictis  
 verbis q. filius esset magis adorandus q. pater  
 et spiritus sanctus. quoniam et ipse  
 esset magis adorandus post incarnationem  
 nem q. ante eam. quod omnino videtur fal-  
 sum. R. dicendum q. tres personae uni-  
 ca et simplici adoratione sunt adorande  
 et ratio huius est q. illud secundum q. d.  
 peccati adorati summa maiestas est <sup>et</sup> unica  
 nullo modo multiplicata. Et ita sicut  
 unica delectatione obliquunt q. in eis est una  
 summa bonitas. sic unica adoratione ado-  
 rant. Ad primam vero obiectivam  
 R. q. quantum ad diuinas personas distinguitur  
 ratione emanationis et originis non  
 tamen ratione adorationis. Ideo non se-  
 quitur q. respectu huius mundi habeantur diuer-  
 sas adorationes. sed q. habeantur diuersas  
 relationes. et hoc dicitur sana fides quam  
 sequitur adoratio. et per hoc patet ad 2.  
 obiectivam q. adoratio sequitur fidem  
 non in quantum distinguit tres personas  
 per relationum pluralitatem sed in qua-  
 tum uno per maiestatis unitatem.  
 Ad 3. R. q. Summaritas Christi domini non  
 ad



adorat Satra nisi propter diuinitatem  
 et ideo non facit ipsum magis adorabile  
 sed plura in ipso adorari qz hoc quod ad  
 de non addit ad bonitatem diuinam

3 Contra illa verba post medium caput se  
 cundi (Ego dominum carnem imino per  
 factam in Christo humanitatem ideo ado  
 ro qz a diuinitate suscepta et deitati uni  
 ta est) Arguitur si in Christo dominus  
 adorat diuinitas et humanitas. et in alijs  
 personis diuinitas videt qz magis suado  
 randus Christus qz alij persone. Item plij  
 tenemur gratias Christo dominus agere  
 post in carnationem qz antea. ergo magis  
 debemus ipsum honorare. adorare. et ve  
 nerari. ergo similitur magis tenemur adora  
 re Christum dominum incarnatum qz ali  
 as personas. et magis etiam tenemur ip  
 sum post incarnationem adorare qz ante  
 eam. Si dicas qz magis debemus adorare  
 eum non intensiue sed extensiue contra  
 plura bona paucioribus bonis sunt appeti  
 biliora. ergo plura honorabilia magis sunt  
 ueneranda et honoranda.

Et qz non magis honorandus est Christus  
 qz pater et spiritus sanctus. nec Verbum in  
 carnatione plus debet adorari post incarnati  
 onem qz antea. Et huius ratio est qz adoratio  
 respicit maiestatem et dignitatem. et quoniam  
 cum verbo nulla accreuit dignitas ex huma  
 na nature assumptione. ideo non debet ado  
 rari



rari maiori adoratione. Nec ualeat ob  
 iectis de maioribus bonis paucioribus preli  
 gendus. Hoc enim habet multiplicem in  
 tantiam. una est quando unum est prop  
 ter alterum ibi enim est unum tantum.  
 Unde sicut tenere equum et ferum rō  
 est plus tenere q̄ equum. Sic adorare deū  
 et carnem nō est plus q̄ adorare deum.  
 Alia instantia est quando unum illorū  
 bonorū est impoſſibile ad aliud  
 tunc enim non addit ut faciat ipsum maiō  
 Sicut nec punctus addit ad lineam ut faciat  
 eam maiorem. Et hoc modo creatura ha  
 bet se ad creaturam. Ad illud quod oppo  
 nitur scilicet q̄ tenemur ad maiorem gra  
 tiam altiorē. R̄ q̄ non est simile q̄  
 gratiarum altiorū non tantum respicit ex  
 cellentiam dantis sed etiam excellentiam  
 muneris. Non sic autem est de adoratione.  
 - contra illa uerba pro p̄ſentem capitis secundū  
 (nempe carnem eius uere manducat nisi p̄  
 adoret) Arguit q̄ Boetius. S̄ dicit p̄sentis  
 est qui uiuificat caro non prodest quidq̄. ergo  
 si non prodest necq̄ est manducanda neq̄ ad  
 randa. Item caro Christi domini uere est sub  
 Sacramento ergo uere manducat cum sub Sa  
 cramento suscipit sed absq̄ adoratione p̄  
 ambula potest esse sacramenti susceptio. ergo  
 et uera manducatio.  
 R̄ q̄ prefata uerba intelligunt de manduca  
 tione spirituali. quā dicit manducatio uera q̄  
 ue



ueram habet efficaciam. Unde manducare  
 ueraciter sic est manducare efficaciter et  
 hoc modo nemo uere manducat. nisi qui ado-  
 rat. quia non manducat efficaciter nisi man-  
 ducet reuerenter. uel R<sup>r</sup> q. magister loquitur  
 de comuni stilo qui in ecclesia manducat  
 et sumit carum Christi dominum sub sacramen-  
 to. qui non tradit sumenda nisi prius pro-  
 ponat adoranda. Sicut abusive sumendo pos-  
 set aliter contingere. et ex his patet so.  
 Sicut ad ultimam objectionem. loquitur enim  
 de sumptione sacramentali: non despirita-  
 li. / Cum autem arguitur quod carum non pro-  
 dest quodq. R<sup>r</sup> q. carum non habet ibi intell<sup>u</sup>  
 que carnalis intelligentia. Sicut dicit Augus-  
 tinus carum non prodest quodq. si a spiritu sepa-  
 rat. sed prodest in quantum est unita uerbo et  
 deificata. et hoc modo est adoranda adoratio-  
 ne latius non diuisi. sed de hoc in. 4. dist. 10.  
 de materia istius distinctionis agit diuus Thom<sup>a</sup>  
 3. p. 2. q. 28. et 22. q. 84. et ibi eius interpres  
 est.



In nomine domini Amen. Quia in hoc mundo  
 non est nisi una veritas et una vita  
 et una via ad deum. Et qui non  
 vult deum habere non debet  
 habere deum. Et qui non vult  
 vitam habere non debet habere  
 vitam. Et qui non vult deum  
 et vitam habere non debet habere  
 deum et vitam. Et qui non vult  
 deum et vitam habere non debet  
 habere deum et vitam. Et qui non  
 vult deum et vitam habere non  
 debet habere deum et vitam. Et  
 qui non vult deum et vitam habere  
 non debet habere deum et vitam.







Distinctio. 10 quae incipit

solet etiam a quibusdam inquiri. et  
 Postquam Magister <sup>egit</sup> de conditionibus consequen-  
 tibus actum unionis. In hac distinctio-  
 ne quae sex capitibus continetur agit de con-  
 ditionibus eiusdem quantum ad personam  
 in qua unionem dicimus esse factam. et di-  
 uidit in tres partes principales. In qua  
 prima a principio distinctionis usque ubi  
 uerbo queritur agit de personalitate. quae per-  
 tinet ad dignitatem naturae. In secunda  
 usque ubi (deinde sequitur) de adoptione  
 quae pertinet ad dignitatem gratiae. In 3<sup>a</sup> par-  
 te agit de praedestinatione. quae pertinet  
 ad dignitatem gloriae et hinc usque in finem  
 distinctionis. quae in epiphonem redacta  
 sic habet.

non est concedendum Christum dominum  
 secundum quod homo est esse personam aliquam  
 in verbum non naturam, sed personam as-

pro cuius intelligenti-  
 tra et simul non  
 tantum quod secundum  
 aliquando exprimit  
 ditionem uel propria  
 tem diuinae naturae -  
 uel humanae. aliqua  
 do unitatem personae  
 aliquando tractat  
 bitum. aliquando cau-  
 sam

sumpsisse, sequeretur, quod supra est impro-  
 batur. Sequeret etiam quod secundum quod ho-  
 mo esset tertia in trinitate persona, quod  
 patet esse falsum cum secundum quod homo non  
 sit deus. nec oppositum Argui potest eo quod  
 substantia rationalis. non enim hoc suffi-  
 cit ad rationem personae quae dicitur quasi per-  
 sonans neque alteri <sup>est</sup> constituta qualiter est  
 anima corpori. et humana natura in Chri-  
 sto domino. Neque enim <sup>est</sup> uulgaris personae  
 definiti



definitio personis diuini conuenit. sed alijs  
 sed et neq[ue] <sup>etiam</sup> impedit eum secundumq[ue] homo  
 predestinatum esse filium dei quod est persona  
 non enim quod est ~~et~~ homo filius dei est sed  
 per gratiam dea accepit. Deniq[ue] nec filius  
 adoptiuus <sup>ullo modo</sup> Christi dei debet. sed naturalis  
 non enim prius esse cepit. et post hoc in filium  
 adoptatus est. sed semper fuit filius eterni  
 patris. Virgini quoq[ue] filius est per natura  
 et gratiam non quidem adoptionis. sed unionis  
 potest autem dici personam que semper fuit  
 predestinatam esse secundum hominem  
 sumptum ut scilicet ipsa ens homo esset fi  
 lius dei. Item et naturam humanam ut  
 verbo patris personaliter uniret. et h[ec] de  
 litera distinctio quam magister Latinus pro  
 sequi adductus precipue auctoritatib[us]. Rich  
 ardi. Augustini lib. 1. de trinit. lib. de fide  
 ad Petrum. et super Ioannem. <sup>cap. 2</sup> <sup>tractatu 74</sup> Hieroni  
 mi sup epistolam ad ephes. 1. et Hylarij. lib  
 3. de trinit. ~~Ambrosij item de trinitate~~

ex qua tres eliciunt conclusiones. uelut a  
 trinitatis. in quibus tota eius signatur  
 sistit. Prima. Christus secundumq[ue] hominis  
 est aliqua persona. Sicut sic individua substan  
 tia.  
 2a filius uirginis temporalis. non est filius  
 dei adoptiuus. sed naturalis.  
 3a filius dei pro nostra salute temporaliter  
 incarnatus secundumq[ue] homo eternaliter pre  
 destinatus

nisi forte h[ec] secundum  
 unitatis personae sit  
 expressiuum. ut sit  
 sensus, ipse qui est hu  
 mo est dei filius. ut  
 autem ipse ens ho  
 mo sit dei filius per  
 gratiam Sabot.  
 nec sic dicitur filius  
 natura ut deus natu  
 ra non enim eo filius  
 est quod deus est quod  
 prietate naturitatis  
 filius. natura diu  
 nitatis deus est. et  
 tamen dicitur natura  
 uel natura filius qu  
 eamdem Sabot natura  
 quam ille qui genuit  
 adoptiuus autem filius  
 non est quia

^ Roman. 1. ephes. 1.  
 Ioannis. 17. Ambro  
 sij. lib. 1. de fide cap  
 9. et ultimus

ex qua ~~trinitatis~~  
 elicit conclusio in  
 qua eius signatur  
 sistit que talis est  
 Christus secundumq[ue]  
 homo non est persona  
 nec filius dei adoptiuus  
 temporaliter quidem  
 incarnatus. sed abq[ue]  
 carnis predestinatus  
 et tunc sic  
 quod Christus nomen  
 persona conuenit  
 h[ec] est  
 ipsius haud hominis  
 sed ratione dei



Verba Literalia siue  
textus expositio

circa illa verba post medium primi capitis  
(Christum secundum hominem non esse per  
sonam neque aliquid) nota quod primum illud  
concedit ab omni opinione. Secundum autem  
non, sed a tertia tantum. quod primum dicit opi  
niones dicunt quod secundum quod Christus dominus  
est homo est aliquid. hoc autem negare est  
error.

contra illa verba post medium capitis primi  
(Secundum enim habet multiplicem ra  
tionem) Arguitur quod videtur illa distinctio  
esse parum artificialis. Superflua et dimi  
nuta in artificialibus quod membra ista nullam  
vident habere convenientiam. Superflua  
videtur quod eadem vi qua importat proprie  
tatem naturae, importat unitatem, et propi  
etatem personae. Diminuta etiam videtur  
quod sicut potest importare habitum. Ita et  
iam potest importare rationem genera acciden  
tium, arguitur videtur quod his membris ordinem  
debuerunt adiungi.

Item quae vbi sic. Secundum, dicitur  
similiter accipiat, cum videatur habere tot in  
tellectus. // R. dicendum quod sic distinc  
tio



tis et si videatur esse rudis tamen est valde  
 rationalis. et hoc si attendamus super quod  
 fundat. nam prima divisione. hęc prepo-  
 sitio secundum, potest importare concum-  
 tantiam vel causam si causam importet  
 tunc est quartum membrum. si concumi-  
 tantiam. sic tripliciter potest importare.  
 aut secundum inherentiam. aut secundum  
 unionem. aut secundum adiacentiam siue  
 assistentiam. si secundum inherentiam. sic  
 importat proprietatem naturę. nam proprie-  
 tas inheret ei cuius est proprietatis. si secun-  
 dum unionem. sic importat proprietatem  
 personę. si secundum assistentiam. siue  
 adiacentiam. sicut dicit Sabiturn. quartum  
 autem membrum. quod est secundum princi-  
 palis divisionis magister non subdividit  
 potest tamen dividi secundum quatuor ge-  
 nera causarum. omnibus enim modis hęc  
 dictio. secundum, consuevit accipi. sicut po-  
 test per exempla monstrari. si enim dicat  
 Christus ~~dominus~~ secundum quod homo fuit pas-  
 sibilis sic importat conditionem naturę. si  
 dicat Christus secundum quod homo creatus et  
 factus. sic importat unitatem personę. si vero  
 dicat Christus. secundum quod homo fuit vestitus.  
 et ut homo inventus sic importat habitum  
 si dicat Christus secundum quod deus creavit  
 mundum. et secundum quod homo predicavit di-  
 vinum verbum. sic importat causam effi-  
 entem. si dicat Christus secundum quod deus est  
 sup



Suppositum diuinae naturae et secundumq,  
 homo est animal rationale sic importat cau-  
 sam finalem. si dicat Christus secundum  
 qd deus est homo est primum instrumentum sic im-  
 portat causam finalem.

possunt autem multa istiusmodi exempla  
 congruentia inueniri, et multiplicari. de  
 causa autem materiali secundum diuinam  
 naturam, non contingit inuenire, secun-  
 dum autem humanam contingit. ut si dica-  
 t Christus secundumq, homo conceptus fuit  
 de purissimis sanguinibus virginis.

Aliter (et in idem redibit) possumus cum di-  
 uo Thoma dicere. q, ista diuisio accipit ex  
 comparatione replicationis ad subiectum pro-  
 positionis. q, potest fieri replicatio uel eius  
 quod antecedit subiectum. et sic rotat cau-  
 sam. uel eius, quod sequit, et sic rotat habi-  
 tum. aut quod cuiusq, aliud accidens. sed spe-  
 cialiter nominat habitum propter rationem  
 tertie opinionis. uel ipsius subiecti et hoc uel  
 quantum ad naturam et sic exprimit condi-  
 tionem naturae. uel quantum ad suppositum  
 et sic rotat unitatem personae in Christo do-  
 mino.

contra illa uerba prope finem capituli quar-  
 ti (nos dicimus adoptiuu filij q, cum nati  
 fuerimus uq, filij per gratiam facti sumus fi-  
 lij dei) Arguit si hoc uerum est tunc an-  
 geli beati et homo in statu innocentie non fu-  
 erunt filij adoptiuu. ergo nec nos habuissent in  
 lege



hereditate regni quod omnino absurdum est.  
 R. q. magister loquitur de adoptione secun-  
 dum plenam rationem. et sic ponit extra-  
 neitatem. quae secundum alium est. quae qui-  
 dem extraneitas est elongatio et abaliena-  
 tio a deo per culpam. et hinc quodammodo  
 non conveniunt angelis ratione filiationis.  
 Sargius tamen accipiendo extraneitatem  
 sive quantum ad culpam. quae inest. sive quae  
 potest inesse. se extendit ad omnes filios  
 adoptivos. et sic quodammodo angeli pos-  
 sunt dici filij.

4 circa illa verba prope finem capituli quarti  
 (Christus vero noster factus noster filius dei) adver-  
 te q. sunt intelligenda. nec prius tempore si-  
 cut nos. nec prius natura. aut intellectu si-  
 cut angelus si in gratia creati sunt.

5 Contra illa verba post initium capituli quinti  
 (Christum filium virginis et natura ve-  
 l naturaliter et gratia) arguit. Haec enim duo  
 non sunt incommensurable. si enim hoc est  
 naturale iam non est gratuitum et econtra  
 hoc. R. q. gratia unionis non repugnat  
 neque incommensurable est cum proprietate na-  
 turali. immo facit eam communicari. et ma-  
 gister sic loquitur de gratia unionis. vel potest  
 dici q. gratia et natura bene possunt de eade-  
 re dici per comparationem ad diversa et sic est  
 in proposito. Nam Christus in quantum homo  
 est naturalis filius virginis, in quantum vero  
 deus est filius virginis. non per naturam nec

Item Christus est  
 filius virginis sicut  
 alij filij matrum  
 suarum sed illi non  
 sunt filij per gratiam  
 ergo nec ipse

per



per adoptionem sed per gratiam unioris. 1.  
quod ergo inest per gratiam unioris per alia  
naturam naturarum naturaliter inest. Et  
Christum in quantum hominem nasci ex  
matre non fuit gratis sed nasci simul deum  
et hominem sic fuit per gratiam unioris -  
et sic Respondet ad obiecta

6  
contra illa verba circa finem capituli quinti  
(<sup>563</sup> *originalis est filius sicut nos Christus*) Arguitur  
quod sic filiatu dicitur quod quivise. Et tamen  
quod non dicitur unioris nec quod quivise sed ana-  
logice sicut et alia quae dicuntur de deo et cre-  
aturis.

Hilarij

7  
contra illa verba etiam circa finem capituli  
quinti (*est filius origine non adoptione  
veritate non nomenclature*) Arguitur quod  
ibi est inciditio verborum idem enim est  
esse filium origine et natiuitate. Item  
dicitur quod sic superfluitas nam omnis filiatio  
aut est naturalis aut gratuita ergo per ori-  
ginem vel adoptionem ergo superfluit  
alia membra. Item quid est quod dicitur alij  
quis filius nomenclature? aut enim vera  
est nomenclatura aut falsa si vera ergo vel  
per adoptionem vel per generationem si  
falsa ergo non debet inter membra praedicta  
poni. Item si de creationem dicuntur filij cum  
ergo instrumenta sunt a deo creata erunt etiam  
filij dei quod videtur absurdum.

Et decendum quod in praedictis verbis Hilarius  
innuit nobis quattuor filiationis differentias  
quarum

*[Faint handwritten notes in the left margin]*



quarum sufficientia haberi potest. Sic, ille  
 enim dicitur filius absque, qui ab ipso est  
 et ei conformatur. Hoc autem potest esse du-  
 pliciter, aut emanatione naturalis, et in-  
 unitatem essentiae, et sic est filius unige-  
 nitus patris, quem dicit Hilarius esse fi-  
 lium originem contra Photinum, veritatem  
 contra Sabellium, naturam contra Ar-  
 rium. Et hoc iam in primo libro expositum.  
 Aut potest esse ab alio in diversitate subs-  
 tantiae, et sic potest esse tripliciter secundum  
 triplicem modum conformitatis, aut enim  
 conformatur quantum ad rationem imagi-  
 nis naturalis, et sic est filius creaturae, aut  
 quantum ad rationem imaginis et simi-  
 litudinis, quae alteri dicitur in gratia, et do-  
 nis gratuitis, et sic est filius per adoptio-  
 nem; aut conformatur in natura imaginis  
 sed discordat per deordinationem volunta-  
 tis, sicut homo peccator, et sic est filius nu-  
 cupatione. Ex his ergo patent differentes  
 filiationis, patent et in scripturis ver-  
 ba praedictae distinctius quae non inculcant  
 sed valde rationabiliter dicunt. Patet  
 etiam Responsio ad obiecta, non enim  
 sine causa dicuntur illa tria vocabula, et  
 quamvis pro eodem accipi possit origo et  
 natiuitas non tamen frustra ponitur alie-  
 rum cum altero. Hoc enim est propter hoc  
 reser

non adop-  
 tione  
 non in  
 cupatio-  
 ne.  
 non crea-  
 tione -



cesses elidendas) Ad illud quod oppo-  
nitur nimirum quod omnis filius autem si  
suis per naturam aut per gratiam. Rr  
quod falsum est. nisi extendat nomen na-  
turae et gratiae ad illud quod est ex mera  
dei benevolentia. et ad illud quod habet quis  
ab origine et hoc quidem modo filius per  
creationem potest dici quodammodo esse  
per naturam, quodammodo per gratiam  
sed non sequitur propter hoc quod talis sit filius  
adoptivus vel naturalis.

Ad illud autem quod quicquid de filia-  
tione per nuncupationem dixerunt quod ille  
sic dicitur filius qui habet per conformitatem  
naturam imaginis sed difformitatem per  
culpam. et tunc modo nuncupatio ista quo-  
dammodo habet veritatem quodammodo  
non quod quodammodo est filius quodammodo  
adversarius. et ideo sola nuncupatio  
non dicitur filius: sicut Abraham dixit ad  
divitem damnatum recordare filij est.

Ad illud quod alterum obicit quod si pater  
est per creationem debet dici pater inven-  
tum. Rr quod non sequitur quod quicquid  
creatus facit aliquem dicitur filium sed creatus  
illa lingua conficitur in signum divinae imagi-  
nis. per quam configuratur homo deo et efficitur  
et dicitur adhuc quod sic filius adoptivus

Contra illa verba circa finem capituli quinti. R  
per adoptionem nos filij dicimur, ille perve-  
ni



ritatem naturae est.) Arguitur quod factum  
 per veritatem et dictum per similitudinem  
 non univocantur, sed equivocantur sicut So-  
 mus pilus et Somnus verus in Somno. ergo  
 filiatu nobis et Christo dominum competit  
 quivocantur. et hoc scriptum videtur confirmari per  
 illud quod dicitur Joannis. 10. ascendo ad  
 patrem meum et patrem vestrum ubi Gre-  
 gorius aliter (aut) meum et aliter vestrum  
 Sed contra hoc est quod Christus dicit fratros  
 ter sed non dicitur ex hoc frater si equivoca-  
 ce essemus filij. ergo est. Item cum dicitur  
 deus est pater Christi vel pater noster. aut  
 eadem aut varia paternitate. si eadem  
 ergo si paternitas dicitur uniformiter pari-  
 tatis et filiatu. si alia ergo in persona  
 patris sunt duae paternitates quod simpli-  
 citer absurdum est.

R. Dicendum quod nos et Christus dominus  
 dicimus filij dei. nec omnino equivocantur nec  
 omnino univocantur. non univocantur quia est fi-  
 liatu temporalis et gratuita; altera natu-  
 ralis et aeterna. non equivocantur quia median-  
 te illa filiatione per transformationem ad il-  
 lum filij efficiuntur adoptivi. sicut enim  
 a patre. omnis paternitas in coelo et in terra  
 nominatur, sic a filio omnis filiatu. Simili-  
 ter si quaeratur. Vtrum uniformiter dicatur  
 deus pater noster. et filij? Respondendum  
 est quod neque omnino uniformiter. neque omni-  
 no



no diffinitur qz pater dicit filij paterni-  
 tate qz generalis et personalis. pater noster  
 ter ex tempore et essentialiter. et sicut es-  
 sentia non ponit in numerum cum perso-  
 na. ut sint res due. sic neqz una paterni-  
 tas cum alia. ut sint due paternitates  
 et sic patere rationes et obiectores ad u-  
 tramqz partem. Non enim valet illa obiec-  
 tu de Somine pater et uero. nam homo pic-  
 tus nihil scit de ueritate Somine. filius  
 autem adoptiuus aliquid scit de ueritate  
 et filij. quamuis non sit filius naturalis etc.

De materia huius distinctionis agit dicitur  
 Thomas. 3. p. q. 16. ar. 12 et q. 23. ar. 1. et  
 2. et q. 24. ar. 3. et 4. et ibi eius interpre-  
 tes.







Distinctio undecima quæ in  
cipit. solet etiam quæri. est?

Postq̄ magister in precedenti egit de conditio-  
nibus consequentibus altum unius ad dig-  
nitatem personæ pertinentibus. In hac dis-  
tinctione quæ duobus capitibus continet a-  
git de conditionibus ad defectum spectanti-  
bus. Et dividit in tres principuas partes. In  
prima a principio usq̄ ibi (Sic alijsq̄) os-  
tendit Christum dominum non debere dici  
creaturam simpliciter et absolute. In 2<sup>a</sup>  
usq̄ ibi (etsi ergo Christus) ostendit q̄ potest  
dici creatura cum certa determinatione.  
In tertia parte excludit objectionem, quæ in  
contrarium fieri posset. et huc usq̄ ad finem  
distinctionis. quæ in Epithymem redacta sic

q̄si aliquando brevitatis causa creatura uel factus dicitur, non tamē unq̄ simpliciter debet intelligi, q̄ ut Augustinus in lib. de trinitate ait, cum de Christo loquimur, quid. secundum quod, et propter quid dicat prudens diligens ac pius lector intelligere debet.

+ idesq̄ effusa sunt viscerā eius ut crepuit medius prosternatus in fauē. ea quibus Christum negauerat fœda ora pollutus.

Sabet;  
Simpliciter & sine determinatione dici non debet Christus dominus factus, creatus, uel creatura est enim ipse per quem omnia facta sunt ut ponderat Augustinus ex Ioannis primo. et Ambrosius in illud, predicare etiā gelum omni creaturæ sub eius nomine Christus non uenit intelligendus ne uanitati subiectus presumat, in quo Arius turpiter errauit asserens ipsum esse puram creaturam, esse tamen creaturam conuelli potest addita determinatione scilicet in quantum homo, et in quantum talis esse cepit, per quod tamen non sequit eum simpliciter esse creaturam aut cepisse. Sic enim esset procedere tipice a

parte



parte ad totum. Et hęc delicta dicitur  
 quam magister fusiis prosequit adductis prę  
 cipue auctoritatibz Augustini. Lib. 1. de Trin  
 e. 13. et Ambrosij de fide. Roman. 6. et ga  
 Lat. 4. August lib 33 q. 67 Item Ambrosij de incar  
 natione verbi

^  
 dicit autem Christus qui  
 in genitus qz nemo a  
 te ipsum. ut in genitus qz  
 nemo post ipsum.

Lib. 1. de  
 Trinit.

ex qua tres eliciunt conclusiones in  
 tribus in quibus tota eius natura consistit.  
 Prima conclusio. Christus dominus ab  
 solute non est dicendus creatura.  
 Secunda conclusio potest concedi qz sit creatura  
 cum addito. scilicet secundum naturam humanam  
 3<sup>a</sup> non est admitterendum qz simpliciter crea-  
 tura. et minus pura creatura ut mentitus est  
 Arius.

ex qua tribus  
 elicitur conclusio in  
 qua eius natura con  
 sistit. quę talis est  
 Christus absolute  
 non est dicendus  
 creatura sed cum  
 addito scilicet se  
 cundum naturam  
 humanam. Et  
 minus minus qz sit  
 pura creatura sicut  
 mentitus est Arius

Dubia Literalia siue  
 textus expositio.

metue sic  
 Non que simpliciter  
 Christus factus a se  
 quia nemo a se  
 conditus ne queat

1 Contra illa verba post initium capituli primi  
 (Siquide apparet ipsum factum non esse per  
 quem omnia facta sunt) Augur. quide  
 e ipsa auctoritas esse falsa in se et ad propo  
 situm non valere. quoniam dicimus qz ex  
 ipso et per ipsum. et in ipso sunt omnia  
 ergo si omnia sunt per ipsum ipse nihil est  
 constat qz hęc non sequit ergo paritate  
 non sequit omnia facta sunt per ipsum ergo  
 ipse non est factus. Item videt qz non valeat  
 ad propositum qz Augustinus non loquitur  
 de filio dei secundum divinam naturam  
 cum autem quęritur utrum Christus sit crea  
 tura



tura. Hoc est secundum naturam assumptam. unde inferri videtur q. illa auctoritas, et sequentes inducuntur valde impudice.

¶ R. ducendum q. auctoritas et uera est in se et conuenit ad propositum. in se quidem uera est. q. causa p. ducati claudic in subiecto. si enim ipse est principium omnium creaturarum impossibile est ipsi uelle aliquid creaturarum: tum ratione potentie creati. que non potest competere creature, tum ratione generalitatis principian di. que non potest competere rei create. nec ualeat instantia. ex ipso sunt omnia et omnia scilicet facta. q. omnia p. ueritate rer. dicitur. et deus non est de vniuerso. sed supra vniuersum. et ideo non sequit. q. sit nihil. )

cum autem obicit. q. non est ad propositum. R. q. Christus nominat personam uerbi. ut in duabus naturis. et q. non in. impositum est personae filij dei. q. filius dei non repugnat, etiam repugnat Christo domino. ac proinde auctoritas inducta, et alij sequentes ad propositum quidem faciunt sed hoc est per accidens. Alii etiam modo faciunt ad propositum. q. auctoritates inductae sunt in littera que sunt contra errorem Ariarum. Et quoniam p. ducuntur summo simpliciter et sine determinatione p. ducit



1. sermone Azrij est propinquus, ideo quando  
 ex consequenti auctoritates <sup>sunt</sup> inducuntur ob-  
 uiant predicto sermone et propterea ualent  
 tam irase qz ad propositum. qz igitur in Chris-  
 to dominus non est aliud suppositum qz diui-  
 num. Et illud non est creatura similiter  
 neqz ipse Christus.

2. Contra illa uerba post medium capitis secun-  
 di (nam si creatura esset sibi mandaret pre-  
 dicari euangelium) Arguit qz angeli et  
 lapides sunt creaturae quibus non est euan-  
 gelium predicandum. R. tamen qz intel-  
 ligunt de creaturis que sunt homines quibus  
 est predicandum euangelium. uel ut e-  
 mendentur uel ut perficiantur. uel ut conser-  
 uentur. Christus autem dominus homo est.  
 cum uero uanitati subiecta dicit creatura  
 intelligit de illa uanitate non essendi ex  
 se imbibita creaturae qua in nihilum tende-  
 re nisi manus omnipotentis illam conser-  
 uaret.

3. circa illa uerba post initium capitis secun-  
 di (non unum demultis) nota qz intelligunt  
 de proprietate naturae secundum quam  
 dicitur Christus dominus unigenitus. sed non  
 quantum ad similitudinem filiationis sic  
 enim dicitur primogenitus

4. contra illa uerba circa medium capitis secun-  
 di (in ipso enim creatura esse non potest) Arg-  
 uit qz Roman. 11. dicit in ipso sunt omnia. sed

R.



R<sup>o</sup> q<sup>o</sup> in ipso sunt creaturae non per essentia  
 sed sicut in causa per similitudines ideales  
 que secundum q<sup>o</sup> veritas sunt creaturae non sunt  
 contra illa verba. ad medicum capitis secun  
 di (Cetero ergo Christus secundum hominem di  
 ce creatura, non tamen simpliciter predica  
 dus est etc.) Arguitur. quod vere de altero  
 predicat cum de terminatore non diminui  
 ente. vere predicat de ipso simpliciter. sed  
 non non diminuit de ratione Christi ergo  
 si aliquid dicit de Christo secundum hominem  
 videtur q<sup>o</sup> simpliciter dicit de ipso. Item qu  
 ardo aliquid naturam est inesse solum secun  
 dum corpus vere dicit de toto simpliciter. si  
 quantum ad corpus dicit ergo pariter natura  
 si quid naturam est inesse Christo secundum  
 humanam naturam videtur q<sup>o</sup> necessarius sit  
 consequentia q<sup>o</sup> ei simpliciter. et absolute  
 conveniat.

R<sup>o</sup> q<sup>o</sup> cum aliquid dicit de aliquo simp  
 liciter ac sine determinatione potest esse  
 dupliciter. aut itaq<sup>o</sup> simpliciter dictum non  
 ponat latius rem suam q<sup>o</sup> cum ponit eam  
 determinatione. Et tunc licet inferre q<sup>o</sup>  
 aut ita q<sup>o</sup> latius ponat rem suam quan  
 tum est de sensu. quam verba preterdunt  
 Et tunc consequentia potest negari. sicut  
 non sequit si inferat. ille est albus secun  
 dum pedem. ergo ille est albus. Per hunc  
 modum non sequit q<sup>o</sup> esse creaturam secun  
 dum hominem attribuat Christo ratione na



1. *taur* assumptq. Probatum ~~autem~~ simpli-  
 ceter videt. ei convenire omnino/constue-  
 tum enim est nomine creaturq ea intelli-  
 gi. que omnino inducta sunt de nomine  
 in esse. Et sic patet responsus ad utramq  
 rationem. vel dicat sicut supra dictum  
 fuit distinctione. q de predestinatione  
 isti. q non sequit est predestinatus secun-  
 dum hominem. ergo est predestinatus sim-  
 pliciter. non q homo diminuit. sed q  
 variat attributu predicati. ut quod attri-  
 butu prius sumant natura postmodum at-  
 tribuat divine persone. et ideo talis modus  
 predicandi inducit accidens in aliquibus  
 predicatis. que per suam extraneitatem co-  
 mittere. nec inferri possunt

6 circa illa verba prope medium capitis secun-  
 di (niteris per hoc probare Christum esse al-  
 quid non divinum. qz quod ipse est secundu  
hominem ipse est) dubitat videt enim  
 q magister sciat illud pro inconvnienti  
 sed hoc nullum videt inconvnientis. quoniam  
 Christus sic dominus. Sic non admittitur  
 Christus est homo dominicus. ergo pari ratio-  
 ne cum Christus sic deus. hoc non videtur  
 admittere da Christus est aliquid divinum  
 ergo eius opposita est vera. scilicet Christus  
 est aliquid non divinum. Item videtur  
 q argumentatio illa sit necessaria. si Christus  
 est aliqua substantia non divina. q Christus  
 sic aliquid non divinum. ad esse enim subst-  
 tan



tantam necessarium sequitur esse aliquid. si  
 aut ergo sequitur est homo albus. ergo est ani-  
 mal album. ita necessarium sequi videtur  
 est substantia nondivina. ergo est aliquid  
 nondivinum.

Respondeo dicendum quod hec est vera Christus est  
 aliquid divinum. et hec est falsa Christus est  
 aliquid nondivinum. Regis est simile de  
 hoc nomine dominus. et de hoc nomine do-  
 minus. Nam etsi utrumque sit possessivum  
 tamen dominus importat circa illud de  
 quo dicit possessorem per modum passionis.  
 dicit enim dominus a domino habet vel  
 possessus. Sed divinum non solum per mo-  
 dum passionis. sed et per modum activitatis  
 quod divinum dicit quod habet divinitatem  
 per quem modum consistit dei persona  
 divina. Et propter hoc concedit ista tamquam  
 vera Christus est aliquid divinum. quod est  
 persona divina. Et hoc magister hanc re-  
 gat Christus est aliquid nondivinum. et  
 dicit quod hec consequentia non tenet Ch-  
 ristus secundum quod creatura est aliquid non  
divinum ergo est aliquid non dominicum  
 quod in prima remouet negatio divinitatem  
 a creatura natura. sed in conclusione remo-  
 uet a persona eterna.

Si autem quod utrum hec sit conceden-  
 da Christus est homo dominus. Respondeo quod  
 cum sic dicit dominus non potest dicit divi-  
 nitatem per modum informantis. nec pos-  
 sessio

Christus est  
 a divinitate)



Sessionem per modum altioris. sed solam  
per modum passionis. per quem videtur  
vult divinitissimus Paulus. vel divini-  
simus Joannes. Unde improprie sicut  
tales locutiones de Christo. ac proinde Ma-  
gister concedit earum oppositas. cum di-  
cit Christus secundum hominem est al-  
qua substantia non divina. id est non in-  
formata divinitate. quod est substantia cre-  
ata. ideo sane concedit permissas. et ne-  
gat conclusionem dicens peccatum esse  
in tali locutione.

7

circa illa verba post medium capituli secu-  
di (ex tropicis locutionibus etc.) dubita-  
re videtur enim verba predicta nihil face-  
re ad propositum. quod nulla istarum locu-  
tionum est tropica. nulla enim ibi est  
transumptio. immo secundum proprie-  
tatem sermonis dicuntur. Item videtur  
esse falsum quod ex tropicis locutionibus  
non sit recta argumentationis processio  
quod aut sunt vera. aut falsa. Si vera ex  
veris convenit inferre verum. ergo rec-  
ta potest ex talibus locutionibus argumē-  
tatio fieri. Si falsa. ex falsis potest quidem  
recte inferri falsum. sed potest etiam et  
verum inferri. ergo videtur quod nihil sit dic-  
tum a magistro. Hic etiam modus sol-  
vendi videtur inauditus. quod non est per inter-  
emptionem. nec per definitionem. nullus  
enim locus sophisticus est. nec in dictione  
nec extra cuius dissolutio currat secun-  
dum



dicitur sane iam. R. Dixerim quod  
 tropicus sermo dupliciter potest dici. utro  
 namque modo tropicus dicitur sermo in quo  
 est aliquod vitium aliquo tropo excusatum  
 est enim tropus figura et figura est vitium  
 ratione excusatum. Alio modo dicitur  
 sermo tropicus quilibet sermo, qui habet  
 aliquam improprietatem. Sed tamen  
 excusatur per aliquam determinationem  
 cum ergo dicit Magister quod iste sermo Chry-  
 stus est creatura secundum hominem est  
 tropicus, dicit quod aliquam habet improp-  
 rietatem insurgentem ex repugnantia  
 intellectuum. que remouetur per deter-  
 minationem adiunctam, et pro tanto vo-  
 cat Magister predictas locutiones tropicas.  
 Posset etiam dici quod vocat eas tropicas ac-  
 cipiendo tropum pro figura. possunt enim  
 dici tales locutiones synecdochice quod  
 est pars attributa toti, et accipitur largo  
 modo pars et totum, ut dicat Summana  
 terra quodammodo pars respectu Christi  
 licet non proprie. Et sic potest dici quod eius-  
 modi locutiones tropice sunt. et quod figura  
 trice sunt per synecdochem secundum quod sy-  
 necches est figura locutionis. Sicut enim  
 dicunt periti in grammatica synecches a-  
 liquando est figura locutionis, aliquando  
 constructionis. Verum ergo dicit magis-  
 ter cum dicit locutiones tropicas appellat  
 Verumetiam <sup>est</sup> quod ex tropicis non est relictar-  
 qu-



gumentationis processus. Ratio huius  
 est, quod aliquando negat aliqua locutio  
 propter improprietatem. et cum aliquis  
 sermo excusatur sub una forma, si fiat pro-  
 cessus ad sermonem sub alia forma in  
 qua non inuenit excusationem procedit  
 a locutione, quae excusatur ad eam quae ex-  
 cusationem non habet. Et sic tales proces-  
 sus impeditur sicut si procederet a vero ad  
 falsum. Unde illud argumentum non  
 ualeat iste est albus secundum pedem,  
 ergo est coloratus pede. quoniam enim ad  
 esse album sequitur coloratum, tamen pro-  
 cessus productus non ualeat, quia color non est  
 natus in esse corpori secundum partem  
 sicut albedo. et hoc est quod uult dicere  
 magister in proposito. et hoc est quod ali-  
 os conuenit dici, quod locutiones improprie  
 non sunt concedendae, neque ad consequen-  
 tiam trahenda, sed magis sunt sustinen-  
 dae et exponenda, et arctanda, ne de mi-  
 nori improprietate ueniat ad maiorem  
 cuius ratio est quod non sunt (sicut dicitur est)  
 simpliciter uerae, sed secundum quid. Unde  
 etiam Dionysius dicit in epistola ad Titum  
 quod symbolica theologia non est argumen-  
 tativa.

De materia istius distinctionis agendum  
 Thomas. 3. p. q. 16. ar. 3. et 5. et ibi ip-  
 sius interpretes //











## Distinctio. duodecima que

incipit. Post predicta queque est.

Postquam magister in precedentibus quæsiuit  
 et investigauit an Christus dominus debeat  
 dici creatura. In hac distinctioe que quinqz  
 capitibus continet inquit an in ipso fue-  
 rint defectus quos natura habeat sibi co-  
 muniter annexos. Et diuidit in tres par-  
 tes principales. In prima à principio vs  
 qz ibi (solet etiam queque) queque an as-  
 sumpserit defectus omnem naturam crea-  
 tam comuniter sequentes. In 2.<sup>a</sup> usqz  
 ibi (solet etiam queque quamuis) inuis-  
 tigate an assumpserit defectus humanam  
 naturam comsequentes specialiter. In 3.  
 parte. An naturam in se xumuliebriam  
 sumere potuerit? Et hoc usqz ad finem dis-  
 tinctionis. que in epitomonem redacta si-  
 habet.

Ad hanc uel similes an ille homo scili-  
 cet Christus esse cepit? non est sine dis-  
 tinctione Responderendum. Si enim ad per-  
 sonam respicias uerum est eum semper  
 fuisse. Si uero ad naturam humanam  
 concedit ipsum cepisse. perquam distinc-  
 tionem et auctoritates que contraria ui-  
 dent. (ut q. Christus est recens homo et  
 q. puer iste creauit stellas) absolui possunt.  
 potuit autem Christus humanam aliunde  
 assumere qz de genere Adam. Sed ita fie-  
 21



zi magis sanguinebat. ut sic diabolus vince  
 rec per aliquem de genere eius, qui uultu  
 fuerat. tamen si autem de genere Adam  
 assumptus sit homo. tamen nec persona  
 ipsius, nec natura assumpta, ut verbo u  
 nita peccare potuit (sic enim et damna  
 ti potuissent quod des repugnat) quamuis  
 ut in se considerata potuissent. Nec obs  
 tat liberum eum arbitrium habuisse  
 cum nec in angelis confirmatus huc pec  
 cabilitatem arguat. quod etiam scrip  
 tum est. qui potuit transgredi et non  
 est transgressus de membris Christi po  
 tuit intelligendum est totum, aut solū  
 pro ultima parte de Christo. Qui et sex  
 um muliebrem assumere quidem potu  
 it. sed uirilem ex femina eum assume  
 re magis decuit. ut sic utriusque ex us  
 liberatio per ipsum facienda ostenderet  
 Et hęc de littera distinctio quoniam  
 gister Latius prosequitur adductis precipue  
 auctoritatibus Augustini super psalm. et  
 super Iohannem. 8. et lib. de trinitate Io  
 annis etiam. 3. et eccles. 31.

...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...

+ matth. 2. Ioh. 8  
 Luc. 1. psalm. 5.  
 Item August. lib. 83  
 9. 11.

ex qua tres eliciuntur conclusiones in qui  
 bus tota ipsius summa consistit. uel unatru  
 membris.  
 Prima conclusio Christus ut homo cepit. ut  
 uerbum eternaliter fuit.  
 2<sup>a</sup>. Aliunde quod de genere Adam potuit uer  
 bum

ex qua tria membra  
 elicitur conclusio in  
 qua eius summa con  
 sistit. quę talis est  
 Christus ut homo ce  
 pit. Et uerbum aliud  
 de quod de Adam potuit  
 carnem assumere, pec  
 care et uiritem; decuit  
 autem uirilem sexum  
 associare sibi, magis quod  
 femine me



metrice sic  
Non potuit Christus  
quod quis committere  
culpam.  
ac potuit fieri femi-  
na. dum sic homo

bum carnem assumere quod in carne ut  
assumpta non potuit se peccando polluere  
3<sup>a</sup> conclusus quod non videtur concedendum  
quod Christus potuit assumere sexum femi-  
neum videlicet tamen de femina assume-  
re magis decuit

Dubia literalia sive  
textus expositis

circa illa verba post initium capituli tertij  
Sic distinctione opus est verum de person<sup>a</sup>  
an de natura agat etc) est dubium unde  
et enim quod distinctio illa nulla sit quod ex quo  
natura illa siue unita peccare minime po-  
tuit. ergo non videtur quod aliquo modo pecca-  
re potuerit Item anima illa beata est  
et non potest non esse beata. ergo si beata  
anima simpliciter et absolute non potest  
peccare videtur similem esse quod neque anima  
Christi ergo nulla videtur esse opus distinc-  
tionis. Et dicendum quod secundum intellec-  
tum quaestorius quem instat de iam pro-  
ponens nulla est opus distinctionis. propte-  
rea quod quaestus est de anima Christi unita  
vni sabuerit veritatem necne?  
verum tamen magister ad maiorem ex-  
pressionem distinguit ad rem veridam  
importunitatem sophisticam opponentiū  
et satis rationabiliter quaerit verum ille



Somo peccare potuerit, qz cum verbum pos  
sedi sic preteriti temporis indetermina  
te potest extendere se ad omne preteritū  
ac proinde ad tempus ante unionem  
uel ad tempus post unionem. Si ad tem  
pus ante unionem, cum possibile fuerit  
illum Somnium ante unionem creari  
et Verbo non uniri, possibile fuit q, habue  
rit Liberi arbitrij veritatem ac pro  
inde q, peccare potuerit. Si autem post tem  
pus post unionem peccare non potuit, qz  
non potuit non esse beatus aut non esse  
deus quorum utrumqz excludit omnino  
a Christo peccatum. Vt ergo magister  
distinctione non qz propositio non sit sim  
pliciter falsa. sed ut ostendat quomodo  
posse continere veritatem. Illa autem  
consideratio naturę ut non unum nunqz  
fuit in re. sed in intellectus consideratione

2. circa illa verba post initium capitis quinti  
(quidam arbitrant eum potuisse assume  
re Somnium in feminine sexu) nota q, lo  
quitur sub dubitatione propter inuenientias  
ad quod deducebat contra opinio<sup>ut</sup> supra dist  
3. habitum est. Simpliciter enim concedē  
dum est q, potuit assumere femininum se  
xum, de potentia absoluta loquendo qz  
non esset ita incongruum

de materia istius distinctionis agit magis  
ter diuus Thomas. 3. p. q. 16. ar. 9. et q. 15  
ar. 1. et q. 31. ar. 1. et 2. et ibi eius interpre  
tes



Faint handwritten text in the left margin, possibly bleed-through from the reverse side.


Main body of handwritten text in a cursive script, arranged in approximately 25 lines. The text is significantly faded and difficult to decipher.

7











Distinctio decimatercia que  
 incipit. Preterea sciendum est et  
 Postquam magister egit de videtur  
 consequentibus exacte unionis incipit  
 tractare In hac distinctio<sup>ne</sup> que quinq; capi  
 tibus continet de domus nature assumptq;  
 in ipso actu unionis collatus. Dividitur  
 autem in tres partes principales. In qua  
 rum prima a principio usq; ubi (Sicut  
 autem sententia) ostendit plenitudinem  
 perfectum Christi domini. quantum ad  
 gratiam affectus. et scientiam intellectus  
 In 2<sup>a</sup> usq; ubi (alibi tamen scriptum) ob  
 iicit in contrarium per auctoritatem ca  
 nonis et soluit. In 3<sup>a</sup> parte replicat per  
 auctoritates sanctorum quas exponit. et  
 hoc usq; ad finem distinctio<sup>nis</sup>. que in e  
 pithymum redacta sic habet.

Plenus fuit sapientia et gratia de omnibus  
 donis Christus dominus secundum hominem  
 mox ab instanti sue conceptio<sup>nis</sup> adeo q; nec  
 amplius accipere possat. non enim est ei datus  
 spiritus ad mensuram. quin immo in es  
 bitat plenitudo divinitatis. et de plenitudi  
 ne ipsius ut puta capitis omnes accipiunt  
 q; minime competit alijs sanctis. <sup>et</sup> quod pa  
 tet per simile in corpore nostro. in capite  
 enim sunt omnes sensus. in alijs autem me  
 bris est solum sensus tactus. Et sic in Christo  
 capite sunt omnes gratie in alijs vero sanctis  
 non sic est. quibus datus est spiritus sanctus ad  
 mensuram. de eius igitur plenitudine accepe  
 runt



runt non illam gratiam essentialiter que  
fuit in Christo sed consimilem. Nec contra  
hoc est scripturas dicere eum in his profecisse  
nam hoc fiebat non per augmentum talij  
um successive accipiendum. sed secundum  
exteriorum et amplius manifestatus  
nem ad <sup>et</sup> hominum salutem. Sicut rector  
ecclesiasticus proficere dicitur in cura dum

in operibus  
suis

Unde per ille in eode  
Evangelio sapientia  
plenus et gratia per  
sibi

A Sine Ambrosius in  
lib. de incarnatione  
domini sacramentis  
deus (inquit) perfectus  
nem humane suscepti  
natura. suscepit se  
sum hominis. Sed non  
sensu carnis fuit infla  
tus. sensu hominis  
animam dixit contur  
batam. sensu hominis  
esurivit et rogavit se  
suum hominis profecit. si  
cui scriptura est. Lesy  
proficere etate sapien  
tia et gratia. id est etate  
comemoravit ut secun  
dum hominem crederet  
deum etate enim non  
divinitatis sed corporis est  
quod divinum immutabile est  
ex qua ~~conclusionibus~~ a  
Sine conclusio in qua  
eius summa consistit  
que talis est.  
fuit a sui principio  
in Christo gratia et sci  
entia plenitudo. et  
profecit sapientia et  
scientia que in eodem  
plena fuit. que ad <sup>scilicet</sup> effectum  
exteriorum. que ad ho  
minum ostensionem.  
me =

per ipsum alij proficiunt. que etiam no  
do intelligendum est quod Ambrosius dice  
re videtur. eum secundum sensum hominis  
profecisse et humanam sapientiam, non  
secundum divinum sensum aut sapientiam  
divinam <sup>et</sup> iuxta <sup>scilicet</sup> scriptura insinuat e  
um parentes ignorasse. id est sic se habuisse  
ad eos. quasi agnitionis eorum tunc express  
esset. vel extra textum dici potest de ex  
perimentali hoc scientia accipiendum esse neque ob  
et hoc de littera distinctum. quam magis  
ter latius prosequi adductis precipue  
veritatibus. Hierem. 31. Isai. 53. et. 11. Luc  
eq. 2. et ephes. 4. / 1 cor. 1 / et. 2 cor. 13

ad  
ius  
est  
tus  
cui  
dicit  
dual  
tatem  
natur  
et  
nomen  
intelle  
ty ad  
carnem

ex qua tres eliciuntur conclusiones vel una  
tamem in quibus tota eius summa con  
sistit. quarum Prima est.  
Tunc in Christo a principio sua conceptio  
gratia et scientia plenitudo  
2<sup>a</sup> conclusio. Christus dicit profecisse sa  
pientia solum quantum ad exteriorum ef  
fectus sapientie ostensionem.  
3<sup>a</sup> secundum duplicem quam Christus habu

\* Aug  
ad Gal  
danum  
ad Colos  
2. Joan  
1 / Greg  
11 in qua  
dam homi  
Ambrosij  
de incarna  
Joan. 12 et  
13



ut scientiam non profecit nisi solum secundum  
dum somnium opinionem seu exteriorem  
apparentiam.

metrica sic  
Christus Vergera  
qz nrx conceptus in  
albo est.  
cuncta scite noscit sa  
pidus si nescit -

Dubia Literalia siue  
~ textus expositio. ~

1

contra illa verba ad medium primi capitis  
(ille est caput in quo sunt omnes sensus, in  
sanctis vero quasi solus tactus est) Arguit  
Origenes supra leuiticum distinguit quin  
qz sensus spirituales correspondentes quin  
qz corporalibus. et ibidem dicit q omnes illi  
sensus sunt in ueris sanctis et spiritua  
libz ergo male dicit magister q in sanctis  
solus tactus reperit. Item in spiritualibus  
tactus est sensus nobilior et perfectior q  
magis iungit de proximo ei in quo est  
sua nobilitas ut pote deo. ergo uidet  
q multo magis quam tactus deberent a  
liis sensus in sanctis ueris reperiri.

est ergo questio quid Augustinus hinc uo  
cet quinque sensus spirituales. et iuxta hoc  
quid sint sensus spirituales et qualiter dis  
tinguantur.

Rr ducendum q sensus nominat usum ali  
cuius potentie existentis in re uiuente et  
a re uiuente secundum naturam. et per  
hunc etiam modum in spiritualibus sensu  
dicit usum donorum gratuitorum. que  
quidem dona sunt in eo uitalia que sunt  
gratuita. potest ergo sensus accipi large pro  
quo



quocumque usu gratie perfectis et evidenti  
 et sic accepit Augustinus in litera. cum di-  
 citur quod in Christo fuerunt omnes sensus in a-  
 liis uero solus tactus. quod Christus dominus  
 habuit dona gratiarum quantum ad ha-  
 bitus et eorum usus in omnimoda pleni-  
 tudine numeris et perfectioris. alij  
 uero habent quantum sufficit ad usum ui-  
 tae spiritualis. Et quod tactus est sensus ma-  
 xime necessarius uitae. ideo dicitur quod in alijs  
 sanctis est solus tactus. Unde sicut animal  
 perfectum excedit animalia imperfecta  
 in robilitate uitae. et integritate sensuum  
 sic Christus dominus in gratie plenitudine  
 excellentiam habet respectu omnium sancto-  
 rum. Alio modo sensus potest dici stulte.  
 et sic sensus spiritualis dicitur usus gratie  
 interiori respectu ipsius dei secundum pro-  
 portionem ad quatuor sensus. Et sic accepit  
 Origenes et Bernardus, qui distinguunt qui-  
 que sensus <sup>in</sup> exteriores, quorum numerum  
 facile est assignare. quibus enim illorum  
 sensuum. sicut ait Bernardus radicem  
 habet in intellectu. et affectu. pro eo quod cog-  
 nitivum experimentalem dicunt. Sed qui-  
 dam se magis tenent ex parte intellectus  
 ut uisus et auditus, quidam ex parte affec-  
 tus ut odoratus, gustus. et tactus. et suffi-  
 entia patet sic. quod ex parte intellectus unum  
 quod dupliciter circa cognitionem alicuius  
 exerceri. scilicet aut proprio intuitu. et sic  
 est







quod dicit de Christo, q. datus sit ei spiritus  
non ad mensuram. Alio modo potest intelli-  
gi prout mensura respectu largitatis ipsius  
imperfectus. Et sic intelligit illa glossa pre-  
dicta quoniam intendit asserere, q. gratia  
collata unicuique sit sine mensura. cum di-  
cat Apostolus unicuique sicut mensus est deo  
secundum mensuram fidei. Sed tunc vult dice-  
re q. illa gratia conferat ex liberalitate im-  
mensa. cuius signum est q. omnibus datur  
affluenter et non prosperat. Et sic patet  
Responsus ad obiecta — — — — —  
Potest etiam dici q. Augustinus intelligit  
respectu singularis personae. Sed predicta glos-  
sa respectu totius ecclesiae et ideo non est  
repugnans. quoniam in ecclesia est ple-  
nitudo numeritatis quae excedit men-  
suram cuiuslibet sancti. Sicut dicitur est tu  
gratiam vel dicit breviter et in idem redit q. datur  
deus gratiam cum mensura. non quantum  
ad largitatem dantis. Sed quantum ad dispo-  
sitionem seu capacitatem recipientis.

3.  
Contra illa verba etiam circa medium eius-  
dem primi capituli (acceperunt autem de illis  
plenitudine non secundum essentiam, sed se-  
cundum similitudinem) Arguit. quoniam  
ex hoc sequeretur q. accepimus de plenitudine  
gratiae Petri secundum similitudinem. Sabe-  
mus enim gratiam similem ei. Item huic ex-  
positioni videtur littera sequens contradicere cum  
ad dicit Lex per Moysen data est. gratia et veri-  
tas



tus per Iesum Christum facta est. Sed moyses  
 et illam eandem legem in iuravit  
 alijs, quam suscepit ergo Christus dominus  
 eandem gratiam. Item nos participamus  
 carni et sanguini eius per ieritatem  
 et substantiam. ergo per ratione et gra-  
 tid. aut si non. quare quare non?  
 Et dicendum q. cum dicit aliquis acci-  
 pere de aliquo. de, potest importare ha-  
 bitudinem partis ad totum. sicut cum a-  
 liquis dicit accipere de vino, quod est in do-  
 lo. vel potest importare habitudi<sup>nem</sup> prin-  
 cipali ad principium, sicut si aliquis ac-  
 cerdat candelam ad ignem alterius can-  
 delae dicit accepisse de lumine illius can-  
 delae. In utraque autem harum compara-  
 tionum. hoc propositum. de, importat a-  
 liquam unitatem et convenientiam. sed  
 in prima rotat convenientiam in subs-  
 tantia et natura. In secunda vero rotat  
 convenientiam in conformitate quadam  
 quae attendit secundum aliquam comune  
 quoniam ergo gratia Christi non fuit trans-  
 fusa in nos per decissionem partis a par-  
 te. sed efficaciam habuit. ut deus nobis es-  
 similem gratiam daret merito gratiae Chr-  
 isti. Sicut est q. magister dicit nos accepis-  
 se de Christi gratia. non quantum ad es-  
 sentiam. sed quantum ad similitudinis es-  
 convenientiam. volens per hoc excludere redun-  
 dantiam et influentiam gratiae capitis. sed us-  
 que



Sensus auferre diuisionem, et transmutatio-  
 nem gratie ab uno subiecto in aliud. ne  
 false intelligat illud uerbum euangeli-  
 cum. neque est simile. de lege et corpore Ch-  
 risti respectu gratie, quod tamen lex quod Christus  
 per se est trans ferri de manu in manu  
 non sic gratia de subiecto in subiectum  
 et hoc tutum patet. Sumus ergo ibi simi-  
 litudo actiue in quantum scilicet Christus  
 sibi alios assimilatur in gratia, et hoc alijs  
 conuenit. quamuis sit aliquis sanctus  
 alijs quibus in gratia assimilatur.

Contra illa uerba post initium capitis secun-  
 di (Sane dicitur potest ipsum secundum homi-  
 nem tantam a conceptione accepisse sapi-  
 entiam et gratie plenitudinem) Arguitur quod  
 super illud Luc. 4. Sodie impleta est scip-  
 tura dice glossa. per omnibus sanctis uen-  
 tus est uirtute spirituali, quando descen-  
 dit super eum spiritus sanctus in specie et  
 luminibus. sed hoc fuit quando iam erat tri-  
 ginta annorum, ergo non ab ipsa concep-  
 tione. Item si ab ipsa conceptione habu-  
 it plenitudinem frustra ergo descendit  
 super eum spiritus sanctus dum baptizat  
 a Joanne, sicut dicit Luc. 3. et Mat. 3.

R. q. possumus loqui de plenitudine se-  
 cundum excellentiam et secundum ap-  
 parentiam, et secundum redundantiam  
 dicendum ergo quod in Christo dominus ab ipso  
 tanti



tanti conceptionis fuit plenitudo secundum  
 excellentiam, quod omnem habuit gratiam  
 felicitatem. Secundum autem apparenti-  
 am fuit in descensu columbe. ubi testimo-  
 nium habuit de supernis quod ipse esset  
 unigenitus filius dei. et tunc apparuit quod  
 omni gratia plenus fuit cum spiritu sanc-  
 tus in columbe specie super eum regnaret  
 unde in temporibus veteris adus per opera  
 exteriora apparebat proficere. Sed tunc  
 apparuit omni bono repletus esse. Secun-  
 dum redundantiam fuit ex tunc. et de-  
 inceps. quod ex tunc aliquis sanctificavit  
 et verba vite disseminavit. et nos post  
 modum reparativus misterium confirma-  
 vit. et sic patet quod non est repugnantia, quia  
 nam illa glossa intelligit quantum ad  
 redundantiam. vel apparentiam. non sic  
 autem licet magister

S circa illa verba ad medium capitis quinti.  
 Cui quantum ad visum dominum et sus-  
 sensus ostensionem Christus profecisse dicitur  
 est dubium. non enim videtur. Sed fuisse in-  
 tento Ambrosij. quod per hoc videtur probaret. si  
 Cui etiam dei sapientia profecisse secundum  
 se magis ostendit. Quod tamen quod quamvis  
 dei sapientia magis se quam prius ostendit in  
 aliquibus effectibus. nisi sublimis ipsa semper  
 credere esse equalis quod videtur de sapien-  
 tia Christi. quod videbatur quandoque sapientior quam  
 prius fuisse. et ideo dicit Magister dicit Salu-  
 cet



ce ad visus Dominum. et sensus ostentis  
nem. Vtrum tamen unico alio modo profice  
rit in sapientia. in sequenti distinctione  
trahatur.

contra verba ubi sequentia post medumca  
pitis quinti (proficiebat ergo humanus sensus  
ines secundum ostensionem et alio modo  
minum (Opinionem) dubitat fore ut sup<sup>ra</sup>  
et arguat quod similiter dici posset de sensu dei  
quod proficiebat secundum ostensionem

Item quod illa expositio non videtur sufficere  
ad intellectum Ambrosij. quod vult probare  
duas naturas per duos sensus in Christo  
huc quod Christus proficiebat. si ergo veri  
tas nature non probat nisi per veritatem  
profektionis omnino videtur Ambrosius in  
telligere quod Christus dominus profecerit ve  
raci profectu. // // // //

R. quod magister sine dubio verum dicit licet  
Ambrosius aliquid amplius reuera inten  
derit. non tamen tantum voluit dicere qua  
tum verba sonare vident. verba enim inti  
nuant quod Christus secundum humanam na  
turam habuit ignorantiam que expulsa  
fuerit per scientiam acquisitam. non er  
go hoc vult Ambrosius. sed quod sensus exteri  
or profecerit veraciter quantum ad cogni  
tionem experientie. unde si dicat illum  
peritum ignorasse non est aliud quod non ex  
pertum fuisse. et per hoc satis probat veritas  
humanarum nature. quod talis experientia compe  
te



te ei secundum naturam assumptam. Sed  
debe ut diximus aque distincte sequenti  
de materia istius distinctionis aque dicitur Tho  
mas. 3. p. q. 7. ar. 9. et q. 8. ar. 1. et ibi ip  
sius expositores)



Handwritten text in a cursive script, likely a list or account, starting with a date or reference number.

Main body of handwritten text, appearing as several lines of a list or account, with some faint markings.

Lower section of handwritten text, possibly a continuation of the list or account, with some faint markings.

Final lines of handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or a concluding note.



~ Distinctio decima quarta que  
 incipit. Sic quez opus est. etc.  
 Postqz magister egit de plenitudine perfec-  
 tionis Christi quantum ad gratiam et scie-  
 ntiam in hac distinctioe que quattuor ca-  
 pitulis continet comparat perfectionem  
 in quantum est homines ad divina. Et di-  
 vidit in tres partes principales. In prima  
 a principio distinctiois usqz ubi (Sicut qu-  
 erit) inquirat An Christi anima sciat om-  
 nia que sunt deus. In 2<sup>a</sup> usqz ubi (sed si  
 anima illa) quare anima Christi non ha-  
 beat omnipotentiam, sicut habet omnium  
 scientiam. In 3<sup>a</sup> excludit quamdam ob-  
 iectionem in contrarium adductam. et hoc  
 usqz ad finem distinctiois que in episto-  
 lam redacta sic habet.

quamvis secundum quorundam opinionem  
 anima Christi nec habuerit equalem scienti-  
 am deo, neqz sciuerit omnia que deus scit, qz  
 ipse est creator, et nulla creatura equat  
 suo creatori (quod confirmat auctoritate Cas-  
 siodori alias enim sicut deus scit creare mu-  
 dum et animam, sic et anima Christi scit  
 creare mundum et etiam se ipsam). nihil  
 minus dicendum est qz omnia que deus scit  
 anima Christi per scientiam sibi collatam  
 in verbo cognoscit, nec tamen per hoc scien-  
 tia dei equat qz non ita perspicue ut deus  
 ea intelligit quamqz tot noverit. Non tigi-  
 t omnia que deus quoad numerum scit  
 non tamen quoad sciendi modum. Ex hoc  
 autem non sequit eam creare quid posse quam-  
 vis enim creando habeat scientiam agnoscentis

que



et ipsa creata

+ Neqz deus ipsi po-  
tentiam creandi con-  
cedere potuit. sicut  
concessit aliqua  
faciendi ac proinde  
Sabit scientiam sui  
creata non creanda  
Sic ergo anima Christi  
omnia que deus scit in  
Verbo dei quod liquidi-  
us et presentius omni  
creatura contemplat  
ut ei unita, in quo et  
am angeli. et que dei  
sunt. et que futura  
sunt cognoscunt. //

quomodo mundus est creatus. non tamen  
creandi Sabet potentiam cum se creatura qu-  
capax non est omnipotentis, qualis increatio-  
ne requiritur. dicta autem confirmat aucto-  
ritate Fulgentij qui talem inducit ratio-  
nem. nullus scit aliquid, quod anima eius  
ignoret. Sed omnes concedunt Christum sei-  
re omnia. ergo et anima ipsius omnia no-  
uit. Veruntamen iuxta Ambrosium Chris-  
tus omnipotentiam, quam filius dei semper  
Sabit naturaliter. Sane dum filius Som-  
nis factus est ex tempore accepisse dicitur  
pro eo q persona que verbis semper fuit fu-  
tura quoz erat persona Somnis. neqz ali-  
ud vult Ambrosius. Et hoc de littera dis-  
tinctionis quam magister Satus prosequi-  
t adductis precipue auctoritatibz psalm  
138. i. corinth. 2. et 7. Colossen. 2. Lucz  
1. et Ambrosij Super diltum Lucz hunc et Joan 3

~~...~~ 1 //

ex qua ~~...~~  
elicit conclusio in qua  
eius summa consistit  
que talis est  
Christi anima Sabit  
omnium scientiam  
sed non omnipoten-  
tiam. Sicut et Sane  
curdum Magistru  
quand oqz acceperit  
metrice sic  
omnia Christi anima  
non esse fatebimur o-  
mnes  
non tamen omnipotentem  
illa fuisse dicit

ex qua tres eliciuntur conclusiones, scilicet  
una trimembus in quibus tota eius sum-  
ma consistit  
1<sup>a</sup> conclusio est. ~~Christi~~ <sup>Christi</sup> dominij ~~...~~  
<sup>anima fuit</sup>  
~~...~~ <sup>...</sup>  
2<sup>a</sup> conclusio in Christi dominij non fuit  
omnipotentia.  
3<sup>a</sup> secundum magistrum dei filius se-  
cundum q Somno omnipotentiam quam  
doqz accepit



## Dubia Literalia siue Textus

- expositio -

1 Contra illa verba post initium capitis primi  
 primi (qz in nullis creatura creatori equat)  
 Arguit qz a parte post multe creaturę du-  
 rabunt in infinitum. ergo in duraturę qz  
 quabunt des. infinitum enim non est infi-  
 nitus maior. Item in multis creaturis  
 contingit terminum numerum inveniri  
 sicut et in divinis personis. ergo saltem in  
 numero equare deo creatori.

Rz qz pensatis conditionibus in nullo po-  
 test creatura creatori perfecte equari neqz  
 potest in aliquo instantia reperiri. nec valet  
 quod obicit de perpetuitate creaturę. qz per-  
 petuitas etiam creaturę perdet ex perpetui-  
 tate creatoris. perpetuitas etiam creatoris  
 est tota simul sicut perpetuitas creatoris ut  
 dicit Anselmus ponderans illud. quod habet  
 in cantico exodj. dominus regnavit in eter-  
 num. & ultra. Similiter quod affert de nu-  
 mero personarum nihil concludit. qz in divi-  
 nis personis est vera distinctio cum perfectis-  
 sima unitate. et huic nihil potest in creatu-  
 ra reperiri perfecte simile. aut equale. qz  
 vis aliquid ibi reperiri de similitudine est.  
 Intelligentia sunt ergo verba magistri quan-  
 tum ad rationem rei Sabitę. et quantum ad  
 modum habendi. qz etsi aliquid idem conve-  
 niat deo et creaturę. non tamen secundum  
 modum. vel secundum eandem rationem

2 Contra illa verba post medium primi capitis  
 (nemo novit que sunt deus nisi spiritus deus) Ar-  
 guit



quod quod filius scrutatur omnia quae sunt patris  
non ergo solus spiritus. Item perscrutator est  
altus pertinet ad cognitivam, ergo si sapien-  
tia appropriat filio potius deberet dici solus  
filius perscrutator quam spiritus sanctus.

R<sup>o</sup> q<sup>o</sup> illud intelligitur causaliter dicitur  
non solus spiritus scrutari profunda quod facit  
nos ipsa scrutari. Et quia pater et filius  
operantur in nobis per spiritum sanctum quem  
ad nos mittere dicunt. Sicut est quod quamvis  
dicat de solo spiritu sancto intelligit tamen  
de patre et filio. Et ideo cum dicitur solus spi-  
ritus sanctus non excludit filium in patre  
enim et filius est eadem cognitio quae in spi-  
ritu sancto.

Cum autem querere quare magis appropi-  
at spiritui sancto R<sup>o</sup> q<sup>o</sup> hoc est propter dona  
gratiarum quae spiritui sancto attribuerentur  
in quorum collectione spiritus sanctus di-  
citur ad nos mitti

contra illa verba post initium capituli secun-  
di (neque ita clare ac perspicue omnia capit  
ut deus) Arguitur quod anima Christi domini  
est speculum clarissimum, et mundissimum  
ergo omne illud quod in ea resultat ad cla-  
re videt ut deus. Item si non ita limpidè  
videt hoc non provenit nisi propter corru-  
tionem obscuritatis, sed obscuritatis cau-  
sa est peccatum. ergo videt quod anima Christi  
habuerit obscuritatem peccati, quod est  
falsum. ergo est.

R<sup>o</sup> q<sup>o</sup> Respectu suorum lucis omnis creatura  
tenebrabit. sicut dicit Augustinus ex ipso quod



quod ex nihilo est. Unde sicut non potest per  
venire ad summam stabilitatem, ita non po-  
test venire ad summam luminositatem.

Ad illud ergo quod obicit de speculo. R<sup>r</sup>  
quod non dicitur speculum clarissimum simpliciter  
sed respectu aliarum creaturarum inter quas  
retinet principatum.

Ad secundam objectionem R<sup>r</sup> quod miranda  
ritas dupliciter dicitur in creatura scilicet  
vel respectu dei vel respectu illius claritatis  
quam creatura nata est habere. Si respectu  
suis, quam nata est habere sic talis obscura-  
tio est ex peccato. Et hoc quidem non fuit in  
Christo: si respectu dei. Sic talis obscuratio ve-  
nit ex defectu creature, eo quod creatura nunquam  
potest creatori esse equalis. Preterea ratio ul-  
tra non valet. non videt ita impide. ergo ha-  
bet aliquam obscuritatem. quia luminare ve-  
rum dicitur esse minus altero propter minus  
rem accessum ad summum sui generis quo pro-  
positum eius non est aliqua natura, sed prima-  
tio. Cum autem dicitur quod majus est et minus  
est per impermixtionem contrarij. Sic in-  
tellegitur in oppositis, quorum utrumque per  
se est aliqua natura // // // // //

4 circa illa verba post initium capituli tertij) quod  
naturaliter capax est scientie) adverte quod idem  
dicuntur quod anima facta est ad cognoscendum  
omnia. non autem ad faciendum omnia

5 Contra illa verba etiam post initium dicti capi-  
tuli tertij) non est autem ei datum posse omnia  
facere) Arguitur quod dicitur matthei ultimo data  
est



est mihi omnis potestas in coelo et in terra )  
 Item maria. 9. si potes credere, omnia possi-  
 bilia sunt credenti. ergo si possibilia sunt cre-  
 denti, multo magis possibilia sunt animae Chr-  
 isti comprehendenti. " " "

R<sup>r</sup> q. est potentia impetrandi. et est poten-  
 tia presidendi. et potentia faciendi. cum er-  
 go dicit magister q. non est datum ei ut in-  
 telligat de potentia faciendi. cum autem di-  
 cit. matthaei ultimo. data est mihi omnis po-  
 testas etc. intelligit de potentia presidendi.  
 omnibus enim, quae subdes sunt prae et etiam  
 Christus secundum humanam naturam  
 quae est super angelos exaltata. — " —

cum autem dicit. matthaei 9. omnia possibili-  
 a sunt credenti intelligit de potentia impe-  
 trandi. fides enim summa impetrare potest  
 omnia miracula iuxta illud. 1. corinth. 13  
 si habueris fidem etc. et per hoc patet q. in  
 praedictis nulla est contrarietas

De materia istius distinctionis agit. 2. Thomae  
 3. p. q. 10. ar. 4. et 2. et q. 11. ar. 1. et 2.  
 et q. 12. ar. 1. et q. 9. ar. 4. ad. 1. et q. 13  
 ar. 1. et ibidem ipsius interpretet. — " —











~ Distinctio . Decima quinta  
que incipit illud quisque pro  
~ transmittendum non est etc.

Postquam magister in precedenti eque de zter  
ni verbi in carnatione . In hac distinctioe  
que septem capitibus continet et a qua  
incipit secundus tractatus suius tertij li  
bri incipit agere de eius dem incarnati ver  
bi passione . et dividit in tres partes prin  
cipales In quibus tractat de defectibus a  
Christo assumptis . In prima a principio  
distinctio usque ibi . (his autem defectus)  
ostendit quos defectus verbum cum huma  
na natura assumpsit . In 2<sup>a</sup> parte us  
que ibi . (sed quod nonnulli) rationem suius  
modi assumptionis reddit . In 3<sup>a</sup> circiter  
quorundam errorem repellit . et hoc usque  
ad finem distinctiois . que in epythomen  
redacta sic habet .     ||     || .

Filius dei humanam naturam passibilem  
assumpsit . tam secundum animam quam secun  
dum corpus . et ut probaret habere veram cor  
pus et veram animam accepit defectus cor  
poris ut famem . sitim . et suius modi . et de  
fectus anime . ut tristitiam dolorem et suius  
modi . declarat autem per auctoritatem  
Augustini quomodo aliqui dictionum defec  
tuam dicunt esse anime . et dicit Chris  
tum dominum assumpsisse defectus poene  
non culpae . non quidem omnes defectus poe  
ne . sed illos quos ad salutem pro redemptione  
nostris congruebat assumere . et quisque  
dig



dignitati non derogarent. Et sic assumpsit  
 simplam nostram uetustatem, ut nobis in  
 furideret suam nouitatem. et nostram du-  
 plam consumeret uetustatem scilicet culpa  
 et poena. q. si in scriptura reperit q. Christus  
 deus infirmitates nostras suscepere preter  
 peccatum intelligendum est de illis defecti-  
 bus qui supra derogant dignitati. rone  
 + nim assumpsit ignorantiam. que tamen  
 non semper est peccatum. neq. accipit dif-  
 ficultatem ad bene operandum. que sunt  
 quidam defectus. et postea probatur per  
 Augustinum. qui dicit q. deus potuisset ho-  
 + mini in naturalibus constituto communi-  
 care predictos defectus absq. culpa.  
 Deinde subdit q. aliqui sunt defectus pure  
 poenales. quos Christus non assumpsit. q. non  
 consequuntur totam speciem. sicut sunt cor-  
 poris egredines. et vitia. ut febris et equi-  
 tas et similia. ex quo concludit q. Christus  
 assumpsit illos defectus. qui si congrebatur  
 et est non contraxit ex necessitate nature  
 sed uolente assumpsit ad opus redemptio-  
 nis nostre. Hereticum autem est (ut pu-  
 tauerunt quidam) Christum non assumpsit  
 se humanam naturam passibilem. et uerū  
 dolorem in uipore. et ueram tristitiam in pas-  
 sione sustinuisse. quod primo probat per au-  
 thentates euangelij et sanctorū.  
 Deinde arguit ad oppositionem per quendam de-  
 ta Augustini q. Christus non uideret timuisse  
 nec



nec tristitiam habuisse. Et quod dicit in e-  
 uangelio, q. ipse timuit uel tristatus fuit,  
 non intelligitur de Christo, sed de membris  
 eius. Sed Respondet ad hoc tripliciter. pri-  
 mo q. non habuit timorem uel tristitiam  
 inherencem, sed uoluntate assumptam  
 Secundo, q. non habuit ista per modum pas-  
 sionis, sed pro passibus. Tertio q. non ha-  
 buit causam timoris, uel tristitiae, hinc est  
 peccatum, sicut nos habemus, et declarat  
 \* quid est passus et pro passus. q. passus pertur-  
 bat rationem, pro passus uero non.

iuxta pre-  
 delta in sa-  
 no sensu

Deinde obicit ex Hilario, cuius uerba lo-  
 ga ponit, et postea exponit ut patet in li-  
 tera, que in hoc terminat, et magister eam  
 latius prosequit adductis precipue auctorita-  
 tibz Augustini lib. 12 super genes. c. 24. et  
 in lib. de trinitate. Iohannis Damasceni, lib. 2  
 et Isai. 54. marci. 14. matth. 26. Ioh. 11.

et 37  
 et lib. 22  
 tractat  
 et Ambro-  
 sij lib. de  
 trinit. 3.  
 et Hilarij  
 lib. 10.  
 Augusti  
 lib. de bo-  
 no perse-  
 uerantie  
 cap. 11. et  
 ilenat. et  
 gra. c. 67

11. psalm. 21. 1. Petri. 2. Hieronimi sup  
 mattheum, et Augustini in Iohannem

ex qua tres eliciuntur conclusiones uel un-  
 tumembus in quibus tota eius summa consistit.  
 Prima concluditur filius dei carnem  
 passibilem et animam pro nobis assumptam  
 et omnes defectus que sic dignitati non ob-  
 uiaant, et nostre redemptioni congruebant.

2a. filius dei non necessitate coacta, sed  
 libera uoluntate nostras infirmitates assum-  
 psit.

3a. concluditur. Hæreticum est dicere natura  
 humanam et carnem in Christo domino non  
 fuisse passibilem

ex qua tria membra  
 elicitur conclusio in  
 qua eius summa con-  
 sistit, que talis est  
 Hæreticum est asse-  
 rere naturam huma-  
 nam, et carnem in  
 Christo non fuisse pas-  
 sibilem: assumpsit  
 autem non necessi-  
 tate coacta sed libere  
 defectus nostris inde  
 demptioni congruus  
 me



metrice sic

Dubia Literalia siue textus

~ expositio ~

Sustinetur vobis ebris  
tres discrimina nec  
que sibi prorsus  
congrua uisa pati

contra illa verba circa medium capitis pri.  
mi (non sentit corpus sed anima) Arguitur  
qz sentire secundum Philosophum est toti  
coniuncti. ergo neqz corpus solum neqz ani  
ma sentit. R<sup>o</sup> qz eorum que sunt coniunc  
ti. que dam insunt <sup>compositi</sup> ratione animiq  
ut sentire et huiusmodi et sic attribuun  
t animo e modo loqueri. quod dicit calor  
calefacere qz est principium calefaciendi  
que dam autem insunt toti ratione corpo  
ris, ut dormire et huiusmodi et sic attribu  
unt corpori et non animo. // // // //

1  
toti  
2

contra illud primum capitis ad medium (que  
dam autem per corpus immo sine corpore  
sentit) obicitur. qz ut dicitur in. 1. de anima a  
nima destructo corpore neqz remanet. ne  
qz amant, et est similes ratio de illis. que in  
dicuntur sic. R<sup>o</sup> qz amor et timor et huius  
modi omnia qz quiesce sumunt. quando qz  
enim nominant passionem p<sup>ro</sup> p<sup>ro</sup> ueliam  
et sic sunt in parte sensitua. et non possunt  
se sine corpore. quando qz autem sumunt  
p<sup>ro</sup> actu uoluntatis aliquid eligentis. uel re  
pudiantis. et sic possunt esse sine corpore si  
cut et uoluntas.

3

contra illa Verba circa finem capitis primi  
suscepit enim uobis uetustatem et uobis  
am uobis infunderet uoluntatem simplam  
ille accepit uetustatem. (est poena) Arguitur  
qz simile non consistit per se uel simile in  
no angere. ergo uetustas uobis non consistit  
per

per



per uetustatem Christi assumptam. Preterea  
quod consumit aliud est illo potentius ergo  
si uetustas Christi consumpsit nostram potius  
debet esse dupla respectu nostrae q̄ nostram du-  
pla respectu sui. Preterea uetustas Christi  
non consumpsit nostram nisi per modum me-  
riti, sed meritum debet confirmari premio  
ergo nec simpla nec dupla debuit esse respec-  
tu nostrae, sed equalis.

R̄ q̄ tam poena q̄ culpa ad ueterem huma-  
niam pertinet, q̄ in primaria conditione homo  
fuit creatus absq̄ culpa et poena. et secundū  
hęc duo in nobis est duplex uetustas scilicet  
culpa et poena. in Christo autem fuit poena si-  
ne culpa et ideo uetustas simpla, fuit enim  
poena cum gratia et propterea per poenam Ch-  
risti domini cum gratia nos merebamur li-  
berari a culpa et poena. itaq̄ uetustas poena  
iuncta uoluntati gratiae consumit duplicem  
uetustatem salua oppositione, saluata ui-  
sibiliter debita proportione. Idem uerbum  
Augustini in littera hierum est. et rationabi-  
le. Uetustas ergo poena non opponit uolunta-  
ti gratiae immo materialiter se habet ad ipsam  
am. in quantum meritum consistit in poena  
decenter tollerata et ita uetustas poena cum  
uoluntate gratiae opponit uetustati culpa et  
delet eam. et per consequens uetustatem poe-  
na. quae ex uetustate culpa causae consumit  
in statu gloriae. et propter hoc simpla uetustas  
potuit delere duplam, quod dupla uetustas  
non potuisset q̄ non habuisset uoluntatem  
ad



## De virtutibus inchoantibus

## De expulso

adiunctam. / Ad primam ergo obiectivam  
 Rr q. uirtus non opponit uirtuti ratione  
 sui. opponit tamen ratione uirtutis gratie  
 coniuncte. et per hoc patet ad secundam ob-  
 iectivam. qz ratione gratie coniuncte illa  
 uirtus simplex excedit nostram duplicem  
 propter hoc enim q. Christus gratiam habuit  
 non ad mensuram perfecte nobis meruit libe-  
 rationem a poena et culpa.

r. 23  
et 3.

contra illa verba post initium capitis secun-  
 di. Crwn enim assumpsit ignorantiam aliquam  
 Arguit. qz Damascenus ait q. naturam ig-  
 norantem et seruilem accepit. Proterea  
 Papa in serm. egyptiam adorauerunt infan-  
 tem in nullis ab alijs pueris segregatam  
 ergo ignorantem, sicut alij. / Rr tamen  
 ad primum q. ipse nec Damascenus se ipsu  
 exponit. dicit enim naturam assumptam  
 ignorantem si secundum intellectum se  
 patet assumptum ab assumente id est si  
 consideret illa natura assumpta quasi non  
 fuisset assumpta. Et tunc ignorans fuisse  
 sicut est in alijs hominibus. / Ad 2. dice-  
 dum q. intelligit quantum ad corporalia  
 uel secundum apparentiam.

4

circa illa verba post initium capitis tertij (cui  
 quid esset in eo defectus) nota q. sunt intel-  
 ligenda de defectu culpe. alias enim non  
 probarent auctoritates intentum magistri.  
 contra illa verba circa medium capitis tertij

6

quos



quos enim defectus habuit. uel ad ostensionem  
 ueræ humanitatis. ut timorem et tristitiam  
 uel ad implendum opus ad quod uene-  
 rat ut passibilitatem. et mortalitatem. Ar-  
 guit. Si isti defectus non sunt de ueritate  
 humanæ naturæ non faciunt ad ueræ huma-  
 nitatis ostensionem. quod autem non sint  
 de ueritate humanæ naturæ ostendit Ansel-  
 mus talis ratione. humana natura uno modo  
 est ueræ secundum statum <sup>non</sup> corruptionis, sed in  
 corruptionis. sed isti defectus non competunt ei  
 secundum statum in corruptionis. ergo non sunt  
 de ueritate humanæ naturæ. Item Christus  
 post resurrectionem ueram humanitatem os-  
 tendit. et tamen ipse apostoli defectus et pa-  
 nalitatis non ostendit ergo non uidet quod huius-  
 modi defectus faciunt ad ueritatis humanæ  
 naturæ ostensionem. Item. uera humanitas  
 fuit sine his defectibus sicut fuit in primo  
 statu. et erit etiam in ultimo. Ad proinde uide-  
 detur prima causa non ualere. Preterea uidet  
 quod nec secunda causa ualeat propter redemp-  
 tionem ad quod uenerat per mortem impletur  
 ergo non oportebat quod famem. sitim. et alia  
 huiusmodi assumere. Preterea uidet quod  
 nec tertia quod magis uidet desperationem in-  
 ducere infirmitas eius qui saluare uenerat.  
 R. quod potest ostendi ueritas humanæ naturæ  
 uel simpliciter. uel secundum statum. dicen-  
 dum ergo quod illi defectus assumpti fuerunt ad  
 ostensionem ueræ humanitatis secundum sta-  
 tum corruptionis. Et sic Christus uidebat osten-  
 dere

scilicet



dere us sunt enim se nobis conformare in si-  
 + multitudine enim hominum factus est ut di-  
 cit Apostolus. et Sabitu inuentus est ut homo  
 Ad primam objectionem R<sup>g</sup> quod aliquid arme-  
 xum humanam naturam (quamvis non sit de  
 eius veritate) potest esse ostensivum verita-  
 tis. accidentia enim magnam partem con-  
 ferunt ad cognoscendum quod quid est qua-  
 vis non sicut de essentia rei. Ad 2<sup>am</sup> obiectio-  
 nem patet responsio per ea quae dicta sunt.  
 Ad tertiam objectionem R<sup>g</sup> quod veritas humani-  
 tatis necessaria erat quod ostenderet quod exigebat  
 ad redemptionem, quod esset deus et homo. neque  
 humanitas secundum statum primum et ul-  
 timum erat nobis nota. sed secundum statum  
 secundum ac proinde oportuit quod ostenderet  
 defectus qui nobis insunt secundum istum  
 statum. Ad 4<sup>am</sup> R<sup>g</sup> quod alij defectus quasi ab-  
 imptis fundantur super eandem causam sicut  
 licet supra passibilitatem naturam et ides  
 simul cum defectibus quibus opus redempti-  
 onis completum est illi assumpti fuerunt.  
 Ad 5<sup>am</sup> dicendum quod infirmitas carnis depe-  
 rationem non inducit propter virtutem di-  
 vinitatis adiunctam. sed magis propter eugie  
 quod sicut in ipso. ita et in nobis infirmitas colle-  
 da erat.

Contra illa verba ad medium capitis quarti (do-  
 les igitur domine lesu vulnera in carnis tua)  
 Arguitur quod etiam vulnera sua doluit. ut dicitur  
 r. est. Item quod si sua et nostra vulne-  
 ra doluit. quibus fuerit maior dolor?  
 et Ad primum dicendum quod ratio ut ratio

alicuius  
 tui

7



dolebat de suis uulneribus propter bonum quod  
 sequebatur. Dolebat autem sensualitas, et ratio  
 considerata ut natura. Ad 2. dicendum quod  
 non sunt unius rationis dolor corporalis, passio  
 nis Christi domini et dolor animalis, qui tristitia  
 a diuina secundum quem nostris defectibus com  
 patiebatur, et ideo non sunt comparabiles. Si  
 autem sumatur dolor passionis animalis, tunc  
 dicendum est quod fuit maior dolor compassionis  
 quam passionis, quod charitas, qua de nostris malis  
 dolebat, preponderat equalitati complexionis  
 sue, qua dolebat de passione sua, et preterea  
 precorsus erat ei horridissimus, qui quod debatur  
 ex culpa nostris quantum ex nobis erat quod  
 sua uita corporalis, et etiam in huius signum  
 illum dolorem sustinuit, ut istum tolleret

8 - circa illa uerba in principio capitis quinti  
 (quodam tamen reperitur in sanctis tractatibus, que premissis aduersari uidentur)  
 dubitat uideat enim quod ille auctoritates ue  
 rificent, que asserunt Christum non ti  
 misse. scribit enim. i. Joannes 4. perfec  
 ta charitas foras mittit timorem. sed Christus  
 perfectissimam habuit charitatem, er  
 go nullus in eo uideat fuisse timor. Item  
 Augustinus lib. 83. quest. signum (act)  
 perfectioris est nullus timor. sed in Christo  
 fuit summa perfectio, ergo nullus omnino  
 fuit in eo timor. Item nullus timor quod  
 potest effugere. sed Christus dominus certus  
 erat omnem perniciam se posse effugere, ergo  
 uideat quod nihil omnino timebat.

timor

Ad dicendum quod timor est in triplici differē  
 tia



tra. quidam enim est gratuitus, quidam libidinosis, quidam naturalis, qui inter utrumque medius. timor autem gratuitus est in triplici differentia. quidam est timor poenae, quidam est timor offensae, quidam vero reverentiae. Prima et secunda differentia non sunt in Christo, pro eo quod perfecta charitas foras mittit utrumque timorem. Sed secundum tertiam differentiam fuit timor in Christo domino, quod sic a perfecta charitate non expellitur, sed potius consumatur. Secundum illud usaii: replebit eum spiritus timoris domini, et secundum illud psalmi: timor domini sanctus permanens in seculum sequitur.

Et per hoc patet responsio ad primam objectionem. est etiam alius timor libidinosis, et ille similiter in. ~~D~~ Duplex est differentia, quod est timor mundanus, et est timor humanus. Et nullus istorum fuit in Christo domino, neque etiam in viro perfecto. Et sic intelligitur verbum Augustini, quod signum perfectioris est nullus timor, et per hoc patet responsio ad 2<sup>m</sup>.

est praeterea timor in tertia differentia, timor scilicet naturalis, duplex, quidam sensualitatis preuenientis rationem, quidam sensualitatis subiacentis rationi, quidam vero ipsius partis rationalis. Primus timor est naturae corruptae, et quodam modo inordinatus, similiter et tertius. Secundus vero est naturae corruptae, sed tamen ordinatus, quoniam namque in Christo domino, quamvis esset

de



defectus passibilitatis, non tamen fuit defectus  
inordinationis et vitiositatis. Sicut est q, in  
eo fuit timor modus modo, non primus huius  
tertius. Et per hoc manet solutum tertium  
argumentum. patent etiam auctoritates, quae  
in litera adducuntur, nam omnes illae auctori-  
tates, quae dicunt Christum dominum non ti-  
muisse non sic sunt intelligendae quasi ve-  
lent a Christo omnem timorem removere, cum  
auctoritas ista asserat contrarium, sed q,  
non fuit in eo timor, qui rationem eius per-  
turbaret, vel rationem eius perturbaret, se-  
cundum illam enim fuit et bene noverat q, nihil  
poterat sibi evenire, vel inferri, quod ipsa  
pater non desideraret, et vellet

9 circa illa verba ad medium capituli sexti (ve-  
re contristatus est sed non passus eius domina-  
bat animo) est dubium, q, ex hoc videtur  
vult dicere magister q, in Christo fuerit pro  
passus, unde et ibi inferius dicit contristatus quis  
per pro passionem. Sed arguit contra, q, sup,  
matth. 26. dicit glossa, q, pro passus est subiti-  
tus motus cui ex ratione non consentit, sed  
talis motus est veniale peccatum secundum  
ibi innuit, et ille non fuit in Christo ergo  
pro passus non fuit in eo. Item subitum est  
illud quod peruenit iudicium rationis, et  
quod est exsurreptione, sed Christus dominus  
nihil per surreptionem egit, ergo non ha-  
bit pro passionem, quae est motus subitus  
Item Christus timuit mortem non ob aliud  
nisi q, proquidit eam, sed non proquidit eam  
nisi

incertum pro  
passus est)

et ratio de ma-  
est videtur unde  
pro passionem non  
autem pro passionem  
nihil per surreptionem  
nisi q, proquidit eam  
sed non proquidit eam  
nisi



nisi secundum rationem ergo timuit et timere qui est secundum rationem. et ille timore est passus et non pro passus. ergo nulla est responsio magistri. Item tristitia semper videtur esse passus quod est in genere passionis. Item videtur quod nunquam sit passus ut dicit Damascenus. sed passus sensus.

R<sup>r</sup> q. pro passus secundum generalem suam minus acceptationem dicitur esse passus diminuta hęc autem est illa que consistit infra rationem ut ratio est. et ita pro passus dicitur passionem partis sensualis vel virtutis naturalis. et hoc modo vult dicere Magister et Hieronymus huiusmodi passiones fuisse in Christo domino erant enim ex hęcione sensualitatis non ex hęcione partis rationalis quod ergo passus importat immutationem patientis non autem dicere aliquis immutari simpliciter quando id quod est principale in ipso permanet immutatum. ideo simpliciter loquendo quando ratio non mutat a sui equalitate. vel equalitate non dicitur passus. sed pro passus. quasi imperfecta passus. et hęc passus fuit in Christo domino.

neque est verum quod minus subitus motus sensualitatis est peccatum veniale. Sed tunc tantum quando tendit in illicitum. quod in Christo esse non potuit.

Ad primum ergo argumentum R<sup>r</sup> q. pro passus ibi dicitur prout est in nobis sic enim est subitus motus. sed non sic in Christo domino. et ex hęcione patet ad. 2<sup>m</sup> / Ad. 3. R<sup>r</sup> q. ratio per videns mortem instantem fecit imaginari mortem in ipsa parte sensualis. quia quidem facta sensualitas mota fuit. et in hęcione mortis causa. quasi dicitur non esse talem ordinem cognitionis ut deveniat a ratione ad sensualitatem

R<sup>r</sup>



R<sup>o</sup> q. hinc est uerum, in nobis in quibus scientia  
 habet per acquisitionem ab inferiori in Chri-  
 sto autem dominus aliter esse potuit qz fuit ple-  
 nus scientia et obedientia perfecta iurium in-  
 feriorum respectu superiorum. Preterea nos ipsi  
 imaginari possumus, quod uolumus, quamuis  
 non possumus, quod uolumus sentire exterius  
 et ita timor de morte futura potuit esse in par-  
 te sensualy, ut merito secundum Hieronymum  
 et magistrum possit et debeat dici pro passio  
 Ad. 4. R<sup>o</sup> q. quamuis sit de genere passionis  
 non dicitur passio, qz ea que paruasunt pro ni-  
 hilo reputantur et sic dicit Damascenus passio  
 dicitur quando habet aliquam magnitudinem  
 perceptibilem. Ad. 5. q. Damascenus loquitur  
 de passionibus corporalibus in animalibus  
 circa illa uerba Hilarij post initium capitis  
 septimi et deinceps (Unigenitus deus similitudine  
 uerum secundum similitudinem nostri homi-  
 nis non deficiens a se deo sumpsit, in quo qua-  
 uis aut illis incidere, aut uulnus descende-  
 ret aut radi concurrerent aut suspensio ele-  
 uaret afferret quidem hoc impetum passionis  
 non tamen passionis dolorem inferere et  
 et passus quidem Christus est dum egit dum  
 suspendit dum moritur, sed in corpore uiuens  
 passio, nec non fuit passio, non tamen natu-  
 ram passionis exerceuit) dubitat, videntur  
 enim enonea et excludere a Christo dolorem pas-  
 sionis, et timorem excludere, que tripliciter  
 enodari et solui solent, quodam enim dicunt,  
 Hilarij in hoc re tractasse, et hoc asserit  
 mus |

10



mus episcopus Parisiensis se se vidisse epis  
 tolam retractationis. et q. sibi fuerat scriptus  
 a quodam qui eam legerat. et tunc videtur pro  
 babile ex his auctoritatibus, quas in Litera  
 magister inducit, quarum una incipit ubi  
 interuogo quid sit Christum tristem esse, alia  
 est notula que incipit ubi (cumque passionum  
 genera) quibus expresse dicit humanitatem  
 Christi suis infirmitatibus subiaccuisse, quod ta  
 men Litera negat ut videtur. Alij dicunt q. lo  
 que de Christo quantum ad deitatem, q. dicitur  
 putat contra illos in his verbis, que dei filium  
 creaturam dicebant, sed tunc non resonant  
 verba auctoritatis que faciunt mentionem  
 de Christi carne; solutio autem magistri con  
 sistit in hoc q. simpliciter voluit remouere  
 a Christo dolorem secundum <sup>ea</sup> que sunt  
 circa dolorem. ~~pro~~ <sup>subiect</sup> dominium dolens, quod  
 patet ex hoc quod dicit (non tamen vitio in  
 firmitatis) et necessitatem dolens, quod patet  
 ex hoc quod dicit (videmus an ille ordo passio  
 nis) et secundum hoc soluantur tria difficulta  
 que in verbis eius videntur esse. Primum est  
 cum dicit (poena in eo de seuit sine sensu poe  
 na) et hoc nominat supernaturam passionem  
 que rimirum sensum poene infert, qui est  
 dolor, quod non potest intelligi de sensu exte  
 riori, q. sic ponere corpus illud insensibile  
 esse. sed oportet q. intelligat quantum ad  
 sensum rationis, qui non fuit immutatus  
 per huiusmodi passionem a sua q. qualitate  
 et propter hoc dicit q. poena in ipsum domini  
 um

ordi<sup>nam</sup> ad dolorem ex  
 aliquo merito pecca  
 ti proprij /



non non habuit. Vel etiam q. ipsum verbum  
non est affectum sui generis passionibus secun-  
dam secundam solutionem. ut videtur dicere  
in nota affixa.

2<sup>a</sup> Aliud difficile est q. dicit (non habens natu-  
ram ad dolendum.) et hoc dicit q. ronerat  
in natura illa ordo ad dolorem ex aliquo me-  
rito peccati. sicut est in nobis. et per hunc mo-  
dum dixit supra q. dominici corporis ista est na-  
tura, ut ferat in unum. Et enim non est de  
natura corporis in se considerati. sed ex virtute  
adiuncte divinitatis.

3<sup>a</sup> difficile est q. dicit (neq. enim fieri potest)  
ubi dicitur ab ipso excludere timorem et tristi-  
tiam consequenter. sed vel hoc solvendum  
est sicut in supra dicta auctoritate scilicet  
q. loquitur de timore prout est passus. et non prout  
est propassus. vel dicendum q. excludit  
necessitatem timoris. Habebat enim in ra-  
tione, unde timorem et tristitiam a sensualitate  
excluderet, si voluisset, q. ut supra dic-  
tum est. sensualitas nata est movere ad tris-  
tiam, et timorem. et ad opposita. Non  
sum ex apprehensione imaginativis sed etiam  
ex apprehensione rationis. // //

4<sup>a</sup> Sed iam contra illa verba que sicut supra dicta  
contraducere sibi videntur scilicet (pati potuit  
et passibilis esse non potuit) Arguit q. Philo-  
sophus in lib. de somno et vigilia dicit. cuius  
est potentia eius est actus. ergo quod patitur est  
passibile. R<sup>o</sup> tamen q. pati significat passio-  
nem per modum actus. unde ad suppositum re-  
fertur



fert secundum q, suppositum est cuiuscunq;  
nature et q passus inest sibi ratione humane  
nature ides dicit q, pati potuit, passibile vero  
potentiam significat ad patiendum, ut in  
manentem, id de quo dicit. et q, verbum se  
cundum se non informat potentia patiendi  
ides dicit q, passibile esse non potuit, sed se  
cundum se quamuis passibile fuerit ratione  
nature assumpta // // //

ex his que hucusq;  
diximus ex diu  
Thoma

q

q, tamen verba Hilarij contraria inter se  
se dicere videntur immo et erronea ut dicitur  
est quamuis satis sint explicata in notula  
quam ipse <sup>Hilarius</sup> ponit in libro de synodus subscri  
bendam diximus, et licet in idem redeat  
aliter explicare predicta difficilia opere  
precium existimamus iuxta diuum Bonaventuram hui  
notula ergo sic habet cum hęc passivum  
genera infirmitatem carnis afficiant deus  
tamen verbum caro factum non potuit ad  
se demutabilis esse patiendi. verbum enim  
q, caro factum est, licet se passioni subdi  
derit, non tamen demutatum est passi  
bilitate patiendi pati potuit et passibile  
esse non potuit q, passibilitas nature infir  
mitate significatio est, passus autem eorum  
est que sunt illata per passio  
Si ergo dicamus sanctum sententiam sua  
retractasse omnis calumnia cessabit q, ta  
tamen scriptura huius retractationis non  
est omnino propalata. ides sunt verba Hila  
rij secundum q, possumus uerificare  
et proinde verum sic contra illa verba (passus  
qui

q



¶ quidem Christus est et. Arguitur quod ut diximus  
 duo implicat contraria scilicet quod in corpo  
 re Christi fuerit uera passio. et tamen non  
 fuerit uerus dolor. quod non uidetur esse intelli  
 gibile quod corpus animatum uere patiebatur  
 et quod uere non doleret. quod si dicas hoc intel  
 legi quantum ad personam uerbi. nihil est  
 dicere quod sicut dolor est alienus a persona  
 uerbi, ita et passio. Et Hilarius dicit quod pas  
 sus fuerit. Sicut non doluit. Similiter si  
 dixeris quod non doluit. id est non habuit cau  
 sam. et meritum doloris similiter poteris  
 dicere. quod non habuit meritum passionis.  
 Rursum ergo dicendum quod ista uerba Hilarij et  
 si uideantur esse contra fidem tamen pro  
 fide sunt. et hoc patet si attendat causa  
 dicendi. loquitur enim Hilarius contra il  
 los qui dicebant Christum omnino succubu  
isse passioni, et a passione esse superatum  
 contra quos dicit Hilarius. quod quamuis Ch  
 ristus dominus uere passus fuerit, non ta  
 men doluit. hoc est passionibus non succu  
 buit. Non enim uult negare sensum et  
 experimentum passionis. sed vim et do  
 minium passionis. et quod ista sit intellectus  
 patet ex modo loquendi et ex sermone uerbo  
 rum et proprietate eorum. quod dolor dicitur  
 parationem ad uoluntatem secundum quod di  
 cit Augustinus. 14 de ciuitate dei. quod dolor est  
dissensus ab his rebus. quae nobis uolentibus  
accidunt. quoniam ergo nec uoluntas Christi



Divina nec creata passivibus succubuit  
 ideo non concedit Hilarius Christum doluisse  
 se. Socep ipsum volentem passivibus sub  
 iacuisse. Unde cum dicitur virtus corporis  
 sine sensu poene vim poene in se de se inien  
 tis excepit est) per virtutem corporis in  
 tellegit voluntas rationalis regitua il  
 lius corporis. hinc excepit vim poene sine  
 sensu poene hinc est sine dissentiu a poena  
 quod voluit pati. et hinc ostendit series literarum  
 sequentis. probat enim quod corpus illud non  
 potuit dolere, quod potuit undis superferri.  
 constat enim quod corpus Christi non superfe  
 rebat undis per naturam ipsius corporis  
 quod ponderosum erat, sed per imperium  
 voluntatis. Hoc ipsum patet per aliam  
 rationem, quam subdit quod caro Christi  
 cepta fuit de spiritu sancto, ideo ille homo  
 fuit habens corpus ad patiendum sed na  
 turam non habens ad dolendum. ex cuius  
 rationis et literarum intellectu manifestat es  
 se verum quod prius dictum est; quod enim ca  
 ro illa concepta fuit de spiritu sancto ideo  
 passibilitatem habuit non in voluntate  
 sed ex voluntate. Et hoc est quod dicit ha  
 bens corpus ad patiendum passus est scilicet  
 esse ex voluntate, sed naturam non ha  
 bens ad dolendum, id est ad patiendum con  
 tra dissentium voluntatis.

Contra illa etiam verba antemedium capitulum  
 Sep



Septimi (neque enim fieri potest ut timores eius  
 significet in verbis cuius fiducia continu  
 ac infallibilis est) dubitat. quod contradicere  
 uident ei. quod dicit marci. 14. cepit lesy  
 pauere et egredere. uideat et contradicere a  
 lictis sanctis. qui dicunt eum uere timuisse  
 uideat etiam contradicere sibi ipsi. quod dicit  
 q. Christus pro Apostolis trinitatus est usque ad  
 mortem. Si tristis fuit. quare non similiter  
 timuit?

Respondeo dicendum q. Hilarius non intendit  
 remouere timorem a Christo domino secun  
 dum q. timorem ei attribuit scriptura et  
 sancti. sed secundum q. attribuebant here  
 tici. qui dicebant eum timuisse. ex defec  
 tu securitatis. et talis est timor pusilla  
 nimitatis. de quo indubitanter uerum est  
 q. non fuit in Christo. Unde ualde attende  
 dum est q. Hilarius a Christo domino non re  
 mouet tristitiam remouet tamen timorem  
 quod timor consueuit consurgere ex defectu  
 uirtutis. et pusillanimitate. tristitia ue  
 ro surgit frequenter ex uirtute et pietate.  
 Et q. iste sit intellectus patet ex probatione  
 sequenti. probat enim q. in Christo non fuit  
 infirmitas. nec fuit pusillanimitas. pus  
 illanimitas non fuit. quod armatus obuius pro  
 diit. infirmitas non fuit quod ad eius occursum  
 consternata sunt persequentium agmina. et  
 suspiratis cordibus conciderunt. Unde non ex  
 cludit a Christo omnem timorem; sed timo  
 rem



rem obuiantem uoluntati. et sic etiam do lo  
rem sicut patet aspicienti seriem literę.

Contra illa uerba ex notula adducta iterum  
arguit dum dicit (pati potuit passibilis essend  
potuit) quia inseruit ipsis implicari contra  
dictionem eiusdem enim est potentia cuius  
est altus ergo si passus fuit passibilis afor  
tiori fuit. et si potuit pati fuit passibilis  
Præterea passibile nihil aliud est q̄ potens  
pati. ergo idem in dicta auctoritate remouet  
a serpsio

R̄ nihilominus q̄ prædicta litera potest ex  
poni tripliciter secundum triplicem modum  
ex præcedentibus. Vno ut illud referat ad uerbum  
in creatum de quo uincit Hilarius q̄ potuit  
pati, sed non esse passibile q̄ licet se passi  
onibus subdiderit non tamen est demutatus  
patiendi. Alio modo potest exponi sicut expo  
nit magister. ut per hoc quod est passibile de  
notet dispositus consurgens ex culpa merito  
quam remouet Hilarius a Christo domino q̄  
uis in eo uere fuerit passus. Tertio modo potest  
exponi. ut per hoc quod est passibile notetur  
plena subiectio passibilitatis respectu passionis  
et diuini modi in Christo uerisue cuius mens  
ratio. et uoluntas passionibus superferabatur  
et q̄ iste sic intellectus patet per literam sequen  
tem. ait enim sic pati potuit passibilis essend  
potuit. q̄ passibilitas nature infirmę est signi  
ficatis. passio autem illorum que sunt illata  
per passio. et sic intendit tribuere Christo passio  
nis sufferentiam. et remouere subiactam




de materia Suius distinctionis agit dñus Tho  
mas 3. p. q. 15. ar. 4 et q. 14. et q. 46. ar. 6  
et 8. et ibi eius expositores.



178

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





88

Distinctio decima sexta qua  
incipit. Hic oritur questio. etc.

Postquam magister egit in precedenti de Christi-  
patientis passibilitate. In presenti distinctio  
que duobus capitulis continet agit de patien-  
ti necessitate. Et dividit in tres partes prin-  
cipales. In prima quarum usque ibi. (ad quod  
dici potest) questionem quamdam proponit  
In 2<sup>a</sup> parte usque ibi (et est hic notandum)  
predictam questionem soluit. In 3. parte  
solutionis confirmationem adiungit. et hoc  
usque ad finem distinctio. que in epiphonem  
redacta sic habet.

nedum moriendi aptitudinem, verum et pa-  
tendi in anima, et moriendi in corpore Christi  
assumpsit necessitatem; non quidem aliqua  
coactione, sed spontanea voluntate. est enim  
huiusmodi necessitas non culpa sed defectus -  
neque in nobis provenit ex natura ut primo in-  
tituta est, sed ut vitata est ex peccato, quod  
vix non habuit. Unde mortalitas et aptitudo  
moriendi non fuit in primo hominis statu de-  
fectus, sed nunc est in nobis moriendi necessi-  
tas, que etiam dici potest defectus. et dicitur  
non passibilis et mortalis non solum propter  
moriendi aptitudinem, sed et propter morien-  
di necessitatem. Accipit autem de omni sta-  
tu hominis (qui quadruplex est) aliquid ipse  
Christus ut de innocenti statu peccati immu-  
nitatem, de statu post peccatum defectus et poe-  
nam, de statu sub gratia eiusdem gratie pleni-  
tudinem, et de statu glorie impeccabilitatem, et  
dei



Psalm. 13

ex qua ~~conclusionibus~~  
 elicitur conclusio in  
 qua eius summa con-  
 sistit, quae talis est  
 Christus libere assu-  
 mpsit defectus nos-  
 tros, quia peccatum  
 non includunt. Et  
 similiter moriendo  
 necessitatem, et  
 de quolibet statu ho-  
 minis aliquid as-  
 sumpsit.

metuere si  
 sunt tria Christe ne  
 ci quibus obnoxiamur  
 gra  
 hęc tamen inuitus  
 non capis immo li-  
 bers.

dei contemplationem perfectam. et hęc de  
 Litera distinctio, quam magister fursius  
 prosequitur adductis auctoritatibus. Rom. 8. et  
 hebr. 9. et Augustini super Ioannem. 3.

ex qua tres eliciuntur conclusiones. ut una  
 triumbris, in quibus eius summa consistit  
 Prima conclusio. Christus omnes defectus  
 nostros assumpsit, qui nullatenus culpam  
 vel peccatum includunt.

2<sup>a</sup> Christus suscepit necessitatem morien-  
 di nulla voluntate, sed spontanea voluntate

3<sup>a</sup> Christus de quolibet statu hominis aliquid  
 assumpsit.

~ Dubia Literalia siue textus expos.

circa illa verba ad finem primi capitis (Sicut  
 hominibus alijs statutum est iure et legena-  
 tura semel mori, ita et Christus est) adverte  
 q, similitudo attendit in quantum alijs ho-  
 minibus necessitas morieredi inest natura,  
 non in quantum est ex peccato.

contra illa verba in principio capitis secundi  
 (Christum de omni statu hominis aliquid ac-  
 cepisse) Arguit. qz secundum hoc videtur q, Chr-  
 istus dominus fuerit in quadruplici statu, nos  
 autem non ponimus Christum fuisse nisi in  
 statu viatoris et comprehensoris. Item sta-  
 tum videtur dicere, cum dicit q, Christus deter-  
 to statu assumpsit plenitudinem gratie. At  
 gratia non perficitur nisi per gloriam iuxta  
 illud quod dicit Apostolus. 1. corint. 13. cum ue-  
 ne



merit quod perfectum est. evacuabit quod ex  
 parte est ergo plenitudo gratiae non fuerat  
 sumpta secundum statum uic. sed secundum  
 statum patris. Item Boetius tres tm status assignat, ergo  
 R<sup>r</sup> tamen q, ille quadruplex status reduci  
 debet ad duplicem sub statu erimicia cum  
 presentunt tres status, scilicet innocentię, na  
 turę lapsę. et status sub lege gratię. illis au  
 tem quattuor status enumerat magister ad  
 maiorem declarationem conditionum ipsi  
 nature assumpta. Ad id uero quod obicitur  
 q, plenitudo gratię non habet nisi secundum  
 statum glorię. dicendum q, est plenitudo gra  
 tię, uel simpliciter, uel respectu operis meriti  
 rij. plenitudo gratię simpliciter spectat ad  
 statum glorię sicut obicitur. plenitudo uero  
 respectu operis meritorij spectat ad statum uic  
 et de hac intelligit magister in Litera, sicut  
 patet aperte. Ad illud quod adducit ex Boe  
 tiu R<sup>r</sup> q, ipse assignat status humanę nature  
 quantum ad conditiones corporis principaliter  
 quod quidem in primo statu erat animale. in  
 secundo corruptibile. in 3<sup>o</sup> spirituale. magis  
 ter autem assignat principaliter quattuor  
 status quantum ad conditiones animę ut  
 patet.

3 circa illa uerba prope medium capitis secundij  
 (de primo statu accepit immunitatem peccati)  
 aduerte q, in illo statu fuit immunitas non  
 quantum ad potentiam. sed quantum ad actus  
 peccandi. Boetius autem dicit, q, de primo statu  
 accepit ea, que ad uitam animale pertinent  
 Sei



scilicet comedere dormire et huiusmodi.  
de materia istius distinctionis agit dominus Tho-  
mas. 3. p. q. 14. ar. 2. et q. 50 ar. 1. et q. 45  
ar. 2. et ibi ipsius expositores.



Handwritten title or header at the top of the page, possibly a name or subject.

Main body of handwritten text in a cursive script, arranged in approximately 25 lines. The text is dense and difficult to decipher due to the handwriting style.

Secondary handwritten text on the right side of the page, appearing as a list or a separate section of notes.



Distinctio decima septima  
qua incipit Post predicta etc.

Postquam magister egit in precedenti de patienti  
di Christi necessitate in presenti distinctione  
que quinq; capitibus continetur agit de patientis  
voluntate et dividit in tres partes principa  
les. In quarum prima usq; ibi (ex affectu au  
tem) questionem circa hoc proponit. et sol  
vit. In 2<sup>a</sup> usq; ibi (ceteris non parum) so  
lutionis confirmationem adiungit. In 3<sup>a</sup>  
parte usq; ad finem distinctionis dubitatio  
nes quasdam circa dicta excludit. que in ep  
thorem redacta sic habet.

Secundum duas in Christo naturas plures in  
eo fuisse voluntates ostendit secundum qua  
rum alteram a patre petiuit. ut calix passio  
nis ab eo transferretur (in quo videbatur a volun  
tate patris discedere) quod non impetrauit  
ac se non impetraturum presciuit. cum et nec  
secundum aliam hoc voluit. in eo namq;  
voluntas diuina erat et humana. et hec ul  
tima duplex. rationis nimirum et sensua  
litate. secundum quam pati et mori refu  
gebat, quod tamen secundum voluntate  
diuinam. et rationis humanam desiderabat  
nec tamen per hoc in eo rebellis carnis ad spi  
ritum erat ulla. qz nulla concupiscentia.  
Vnde concludit q; sicut in nobis duplex est af  
fectus scilicet rationis. et sensualitatis. sic  
in Christo domino fuit duplex affectus mentis  
scilicet. qui mori volebat. et sensualitatis qui  
mo



mori recusabat, ut in ipso humana natura que  
 ritas comprobaret. confirmat autem per  
 plures auctoritates q̄ in Christo fuit duplex  
 voluntas secundum quarum alteram pati  
 volebat, secundum vero aliam non. q̄ He  
 ronymus excommunicat hereticos, qui Chris  
 tum nisi unam voluntatem habere conce  
 debant. ubi advertendum q̄ cum Christus  
 petijt quod non impetrauit. id petijt ut no  
 bis exemplum daret in perturbatione cere  
 cessitate orandi. et ad deum clamandi, et vo  
 luntatem nostram voluntati diuine subde  
 di. q̄ si Ambrosius aliquando insinuat Chris  
 tum dominum secundum naturam huma  
 nam de potentia patris dubitasse intelligē  
 dum non est in quantum deus et dei filius -  
 sed in quantum homo et humanus affectu, et  
 hoc etiam intelligendum est non q̄ ipse du  
 bitauerit. sed q̄ ad modum se gessit dubi  
 tantis. Et hominibus videbat dubitare.  
 Verba etiam Hieronij quibus significare  
 videtur Christum secundum se nec timuisse  
 nec secundum se orasse. sed pro suis piece  
 in sano sensu sunt intelligenda. et hec de  
 Litera distinctio, quam magister fusi  
 prosequit adductis precipue auctoritatibus  
 Matt. 26. Marci. 14. Joannis. 13. et. 17  
 psalm. 134. Luc. 22. ephes. 2. Bede sup  
 locum Matt. Hieronij Marci 14. et Hila  
 rij. 10. lib. de trinit.

ex qua tres eliciuntur conclusiones uel unatri  
 mem

August. 19 de ciuit  
 cap. 4. et de genesi ad  
 lit. lib. 10. cap. 12. ad  
 galat. 5. Joannis. ulti  
 mo. August. epist. 120  
 ad Honoratum. cap. 6  
 ad Philip. 1.



ex qua ~~conclusus~~ <sup>conclusus</sup> in  
quae eius summa con-  
sistit que talis est  
non quod quod Christus  
in orando petijt a  
patre subteritum / in  
quo fuit duplex  
libertas / nec orans  
dubitavit sed ad mo-  
dum dubitantis de  
patris voluntate se  
Sabuit.

membris in quibus tota ipsius summa consis-  
tit. Prima conclusus non quod quod Christus  
in orando a patre petijt obtinuit  
2<sup>a</sup> in Christo domino duplex fuit voluntas  
secundum quare alteram mortem ample-  
xabat. et secundum alteram mori refugi-  
ebat a  
3<sup>a</sup> Christus orans non dubitavit sed ad  
modum dubitantis de patris voluntate se  
Sabuit

metrice sic  
exnasse Patrem sem-  
per nec credit Christus  
tum.  
quando nec huius  
vis transijt uteca-  
lyp.

Dubia Literalia siue textus exp.

1 circa illa verba ante medium capitis secundi  
(anima per aurem audit) adverte quod id  
est ac dicere anima est principium audiendi  
iniri per aurem.

2 circa illa verba post medium capitis secundi  
(ita et in eo debuit esse geminus affectus, ut  
mentis affectu vellet mori et sensualitatis  
affectu nollet, sicut in ueris sanctis fuit)  
dubitat quod uidet illud magis fuisse in im-  
pijs. qz se ipsos inter fructum suorum pecca-  
torum perdere afflicti ut dicit in .9. ethi

3<sup>a</sup> q voluntas sensualitatis semper re-  
fugit mortem. similiter voluntas ratio-  
nis, ut natura, sed voluntas rationis ut  
ratio. quandoqz appetit mortem. et hoc du-  
pliciter. vel propter amorem future uite  
et hoc est in sanctis. vel propter remorsum  
scilicet consuetudinis. et hoc contingit in pecca-  
toribus)

contra illa verba circa finem capi-  
tis secundi (sed uolens carnificem. et reliquit  
af

L

L

3



affectum infirmitatis quod nemo uult mori  
 Arguitur quod multi occidunt se ipse  
 sicut patet in desperatis, et cupiunt mori  
 non ergo uerum est quod in littera dicitur  
 Item Augustinus rotat de quodam .3. lib  
 de ciuitate dei. q. lecto Platonis libro. ubi de  
 immortalitate anime disputauit, se precipi-  
 picem dedit de uiua, ut de hac uita migraret  
 ad eam, quam credidit meliorem. et ex hoc  
 ipsi uidentur quod aliqui sunt qui mors cupiunt.

R. q. est affectus naturalis uel dicitur est,  
 et affectus deliberatiuus. affectu naturali ne-  
 mo uult mori, immo omnis homo refugit in  
 tem. affectu uero deliberatiuus potest quis  
 appetere mortem, et fugere uitam, non quod  
 illa sit mors, et illa sit uita, sed ratione alij  
 cuius, quod est annexum, uel estimat esse an-  
 nexum. sicut desperati, et uehementer uolunt  
 fugi in uitam, propter confusionem annexam  
 refugunt uitam. sicut etiam est de alijs in eo  
 modis. Per hunc modum etiam alij appete-  
 runt mortem, qui post mortem credunt quod  
 escire, et gaudere, sicut est in illis de qui-  
 bus oppositum est. in quibus non fertur  
 instantia contra uerbum Augustini. Au-  
 gustinus enim loquitur perse. loquitur etiam  
 de appetitu naturali, non deliberatiuo.

4 Contra illa uerba circa finem capituli secundi  
 (pius mentis affectus cupit dissolui et esse  
 cum Christo) Arguitur ex .2. articulo. s. uolu-  
 mus expollicari, sed superueneri. Si dixeris  
 quod ex uoluntate naturali seu sensualitatis no-



Lebat expolliari, sed voluntate rationis  
 sine deliberatione cupiebat dissolui. Contra  
 q̄ Philipp. 1. dicit permanere autem in car  
 ne necessarium est propter us, sed Apostolus  
 voluntate deliberativa id magis appetebat  
 et volebat, quod erat fratribus magis neces  
 sarium. ergo illa voluntate videt̄ q̄ non ap  
 petere dissolui, aut simul appetebat d̄uo  
 contraria.

R̄ dicendum q̄ in carne nostra d̄uo  
 reperiuntur scilicet ipsa natura et infirmitas  
 aggravans animam. secundum q̄ dicit Au  
 gustinus. 13. de civit. dei q̄ corpus aggravat  
 animam. non q̄ corpus, sed q̄ corruptibile  
 cum ergo dicit. volumus expolliari est  
 hoc dicit quantum ad ipsam carnis naturā  
 de qua ad ephes. 5. nemo unq̄s carnem suā  
 odiosabit. quantum vero ad infirmita  
 tem aggravantem. intelligit cupio dissolui  
 etc. et sic nulla est ibi contrarietas. Ad  
 illud autem quod querit̄ quomodo petebat  
 simul dissolui. et permanere in carne. R̄  
 q̄ est voluntas absoluta. et voluntas conditi  
 onalis. Et nihil impedit d̄uo opposita velle  
 ita q̄ unum velimus voluntate conditio  
 nali: alterum vero voluntate absoluta. Vo  
 lebat igit̄ Apostolus in carne permanere ob  
 utilitatem fratrum voluntate absoluta  
 et volebat nihilominus dissolui, esse cum  
 Christo. sed hoc non absolute, sed quantum  
 in se. et sic nulla erat repugnantia. erat ta  
 men quaedam mentis angustia ex hoc duplici.



desiderio propter quod dicit uerborum ex duobus ||  
desiderium habere dissolui et esse cum Christo,  
uel cum dno Thoma de carnis hinc fore idem  
alijs uerbis, scilicet qd prius mentis affectus bo-  
rum refugit uelut in corpore quantum  
ad corruptionem sed amant quantum ad na-  
turam. uel dicendum qd non uult expolli-  
ari propter se, sed ut cum Christo sit, etiam quod  
si esse posset non expolliatus sed superuesti-  
tus melius uellet.

5 Contra illa uerba ad initium capitis quarti (si  
de Christo secundum Summanum affectum  
de patris potentia dubitasse) Arguitur qd Chris-  
tus habuit scientiam omnium futurorum  
et sub certitudine. ergo uide qd Christus de  
nullo potuerit dubitare. Item in quocumque  
qd cadit dubitatio cadere potest ignorantia et  
error. sed nullum istorum potuit in Christo  
cadere, ergo uide qd non potuerit dubitare.  
Rr Dicendum qd dubitatio proprie dicitur in  
differentiam iudicij rationis respectu utriusque  
partis contradictorius. itaqd uelutum pignori  
gat alteri. et hoc modo accipiendo in Chris-  
to non fuit dubitatio. Alio modo dicit dubi-  
tatio indifferentia quaedam partis sensibilis  
ad sequendum affectum nature inclinante  
uel rationem imperantem. et talis dubita-  
tio potuit esse in Christo. et de hac intelligit  
Ambrosius. de alia uero uerit obiectis. unde quod  
circa finem dicti capitis quarti dicit in licet  
qd ad modum dubitantis se gessit intelligendum  
est non qd in Christo dominus sicue dictum est no-

que



fuerit vera dubitatio quantum ad sensualitatem (que faciebat apparere dubitationem in ratione. in qua dubitatio non erat) alia enim posset putari q. multa <sup>quia</sup> de Christo dicuntur vera non essent. ut ex Augustino intinua e supra dist. 15.

contra illa verba ad medium capitis quinti, (non ergo sibi tristis fuit. nec sibi orare est) Arguitur ex ipsa orationis serie. aut enim traseat a me calix iste. si ergo petit calicem a se transire. posse oravit. Item sic petebat sicut volebat. sed Christus sentiebat se aliquid velle. quod non velle pater. sicut ipse dicebat non sicut ego volo. sed sicut tu. si ergo aliqua voluntate sua calicem passionis fugiebat. videtur q. cum petijt calicem transire a se posse oraverit. // //

R. Duendum q. orare pro aliquo contingit dupliciter. aut secundum formam rationis aut secundum intentionem orantis. secundum formam orationis Christus orabat pro se id est pro voluntate sua sensuali. secundum autem intentionem orantis nulla petitione Christus pro se oravit. sed magis pro nobis non enim credidit se in petitione illa aliquam obtenturam pro se; nec ratum voluisse obtinere sibi liberationem a passione. sed potius oravit ob triplicem nostram utilitatem sicut in precedentibus tactum est. Hylarius ergo loquitur isto modo ut sermo ipius qui ponunt in litera referendi sunt ad principalem intentionem Christi dominij) omnes autem oblationes currunt secundum priorem. Viam



7 circa illa verba in fine capitis quinti (intende laboris verba praediligentia, ne sint tibi uasa mortis) advertendum qd verba Nylariz sunt exponenda iuxta supradicta, secundum qd ratio pro se non pro sensualitate proponebat. Sec enim non pro se, sed pro suis orabat. Secundum autem qd pro sensualitate petebat. sic orabat pro se.

De materia istius distinctionis agit dominus Thomas 3. p. q. 18. ar. 5 et 6. et q. 21. et ibi eius interpretatur







Distinctio Decima octava que

De merito etiam Christi, incipit etc.

Postq[ue] magister in precedenti egit de voluntate Christi patientis In hac distinctio[n]e que co[n]tinet quinq[ue] capitulis agit de merito eiusde[m] et dividit in tres partes principales. In quar[um] prima a principio distinctio[n]is usq[ue] ibi Creesio Sum[ma] etc. tractat de merito Christi perfectio[n]e In 2<sup>a</sup> usq[ue] ibi (Sicut quere[n]s) agit de eiusdem tempore et adeptio[n]e. In 3<sup>a</sup> de ipsius necessitate. Et hoc usq[ue] ad finem distinctio[n]is - que in ep[isto]l[am] redacta sic habet.

Meruit Christus per passionem suam redum nobis (ut quidam dicebant) sed etiam sibi nobis quidem redemptionem a diabolo, a peccato, et a poena et aperturam regni celorum, sibi vero corporis immortalitatem, et animę impassibilitatem, ac nominis clarificationem quam et animę impassibilitatem statim a separatio[n]e corporis adeptum eum esse quia ut magister sub dubio relinquit per alios tamen astruit. Hęc autem predicta non tantum in passione, verum et a conceptio[n]is sue initio meruit, quod ita posse ex gratia et virtutum habuit plenitudine. Unde neq[ue] in merito proficere potuit, quia ad meritum efficaciam seu efficaciam principij merendi, sed etiam Sum[ma] que ad numerum meritorum, idem scilicet pluribus modis merendo. Hinc licet accepit impassibilitatem post mortem ante tamen absolute loquens nominus beatus fuit, quamvis sic secundum aliquod scribit se



Secundum onerij miseris immunitatem -  
 Hinc etiam q, deus uult antemortem tra  
 buit. et q, Apostolus hoc sibi per passionis hu  
 militatem uolatum dicit (cum aut propter  
 quod deus exaltauit illum et dormauit illi  
 nomen quod est super omne nomen) quo  
 ad immo tes centrari intelligendum est. quos  
 tunc dicit fieri. quando immo tes ut. quod eti  
 am Ambrosius dicit id ipsum nomen dona  
 tum Christo des. Augustinus autem Summi  
 diuerso id dicunt respectu nec sibi contradi  
 cunt. Primus namq, loquit respectu natu  
 re per generationem eternam. Alter uero  
 scilicet Augustinus respectu gratie et per hu  
 manam assumptionem. Ea autem que  
 sibi Christus dominus sibi meruisse dicitur  
 est sine meritis (supposita mortalitate et  
 passibilitate. quam assumpserat) habere  
 non potuit. quamuis talem naturam as  
 sumere poterat. cum quia illa simul acce  
 pisset. et sic nec meruisset. et nomen suus  
 aliter potuerat classificare. et sic etiam re  
 demptionem nostram intelligendum est  
 ablatiua ipsum q, per passionem pro uera  
 re potuisse. illa tamen uidet uirgulentior  
 ut nobis preberet Sumilitatis exemplum  
 et ad suam uiam excitaret et alliceret. qu  
 od per auctoritatem Ambrosij et alia que  
 dam declarat in textu. et sic de litera  
 distinctionis. quam magis latius prosequit  
 ad

in res  
tione



adductis auctoritatibus precipue Philipp. 2) Augustini. lib. contra Maximinum. Ambrosij de officiis et Matt. 5. 28. et Apocalyp. 3.

ex qua tres eliciuntur conclusiones (vel una ternarius) in quibus tota eius signa consistit

1<sup>a</sup> Prima conclusio Christus habere deitas sive sibi et nobis meruit.

2<sup>a</sup> Christus ab instanti sui conceptionis tam excellens habuit meritum. qd adulteriorum merendi gradum ascendere non potuit

3<sup>a</sup> Conclusio Christus existens passibilis gloriam tam animae qz corporis sine omni merito habere non potuit.

+ et tractatu. 104 sup Joannem. Gregorij in expositio. Joannis 8 ad hebr. 5. Ambrosij super cap. 5. ad Romanos. 3. ad Coloss. 2 numer. 35. Josue. 20

ex qua ~~conclusiones~~ elicitur conclusio in qua eius fere signa consistit. quae talis est Christus sibi et nobis meruit. et hoc excellenter a patris sui conceptus instanti. nec gloriaram animae et corporis, passibilis existens sine merito habere quirit.

Metrice sic

Cum tibi tantis meritis Christe merito.

qz nec crediderim ternariis terminis

Dubia literalia sive textus exp.

1 Annotata ignea Romptiga) de qua fit mentio post initium capitis primi, intelligit illa quae posita fuit in paradysso terrestri et significabat impedimentum quod prohibebat ingressum Paradyssti celestis.

2 illud quod dicitur ad finem primi capitis (vel mox post carnis separationem anima impassibilitate donata est) probabilis est. quod etiam anima sanctorum, quae nihil purgabile habent, mox post separationem a corpore impassibiles fiunt

3 contra illa verba circa medium capitis secundi (meruit ergo a conceptione. non modo gloriam impassibilitatis, et immortalitatis corporis, sed etiam impassibilitatem animae etc) Arguitur

qz



quod ubi unum propter alterum, ubi unum tantum, sed immortalitas non est in corpore nisi per animam, sicut nec vita, passibilitas etiam non est in anima nisi per corpus cum anima sic substantiam corporalis. Respondeo ergo quod idem est omnino mereri impassibilitatem corporis, et impassibilitatem animae. Praeterea corpore existerente impassibili, necesse est animam etiam esse impassibilem, ergo non videtur, quod impassibilitas corporis debeat connumerari impassibilitati animae. //

Ad primum iuxta hoc quod est cui per prius inest impassibilitas, et quod carnis videtur, quod impassibilitas est deus corporis, quod autem animae videtur, quod gloria est per influentiam animae in carnem. R<sup>o</sup> Dicendum quod anima passibili duplex est genus passionum. Unum quod patitur in se per affectiones. Aliud quod compatitur corpori propter corporales lesiones. Ad hoc autem quod anima efficiat perfecte impassibilis necessarium est quod ab utraque passione reddat perfecte immunis, et ita duplex impassibilitas reperitur in anima. Una quae est proprie ipsius animae, altera quae connumeratur cum corpore, et istas duas intendit in littera magister connumerare. Et sic patet Responsio. Ad primum questionem. //

Ad illud vero quod quaeritur secundo cui per prius inest <sup>in</sup> impassibilitas? Dicendum quod per prius inest animae, sicut et passibilitas quantum ad causam primam videtur in ordine primo in



In quo per corruptionem anima facta est cor-  
ruptio corporis, quamvis in alijs anima ef-  
ficat passibilis propter coniunctionem suam  
cum carne corrupta. Contraria vero est  
gloria impassibilitatis, que quidem est a su-  
periori, et magis inest corpori ratione animi  
q̄ converso.

Ad obiectum autem. R̄ q̄ impassibili-  
tas est quidem dos corporis. Sed non sic p̄ci-  
se est corporis q̄ vivit anima. Dicit tamen  
magis dos corporis, quam anima habeat doses se-  
cundum se multo excellentiores.

¶ Contra illa verba ad principium capituli tertij  
(meruit sibi donari nomen, quod est super  
omne nomen) Arguitur q̄ nomen illud quod  
est super omne nomen habuit ab eterno.  
Si dixeris q̄ meruit istius nominis manifes-  
tationem in humana natura. Hoc videtur  
esse falsum, q̄ d̄ q̄ omnes in euangelio frequen-  
ter dicebant ipsum esse filium dei, sicut ex  
multis locis colligitur, ergo iam nomen eius  
ante passionem erat manifestatum. Item  
in lege promissus erat filius dei sicut dicit  
isa. 9. uo cubicus admirabilis, consiliarius  
deus fortis. Item. 1. cor. 2. si cognovissetis  
sermo. dicit glossa q̄ maiores iudei seiverunt  
q̄ esset christus, ergo videtur q̄ nomen eius ante  
passionem fuerit manifestatum.

¶ Sed contra hoc est quod dicit. 1. cor. 2. si cognovissetis  
nomen filium dei crucifixum -  
et Anselmus in lib. cur deus homo. dicit q̄ tan-  
tum scelus sicut est filij dei occisio nisi q̄ p̄  
p̄e



poenitentiam expiassent, nisi ignorantia excusasset.) R<sup>o</sup> Dicendum q, sine dubio Christus dominus per passionem suam meruit sui nominis clarificationem. clarificatio autem nominis ipsius Christi in hoc consistit q, communiter homines reuerent illum, qui in humana natura apparebat esse filium dei et mundi redemptorem.

Ad id autem quod obicit q, illud iam notum erat. Dicendum q, est notitia certa, et est notitia per coniecturam. Christus uero ante passionem cognitus fuit habere nomen quod est super omne nomen notitia coniecturalis sed notitia certitudinalis non est cognitus nisi post passionem. Et ex his dissolutione rationes et auctoritates ad utramque partem. Vel aliter dicendum q, est notitia universalis, et notitia particularis. quamuis autem Christus dominus esse notus aliquibus q, esse uere Christus, tamen non fuit uniuersaliter cognitus usq, post passionem.

Vel aliter possumus dicere q, est notitia nominis duplex, scilicet quantum ad uocem et quantum ad imponendi rationem. quantum ad uocem cum cognosceret q, aliquis sic uocet, et sic multi cognouerunt Christum dominum uocari Iesum ante passionem sed ratione quare sic uocaret uidebatur quare uocaret saluare populum a peccatis eorum, non cognouerunt usq, post passionem. et sic clarificatio nominis Christi, est manifestatio ueritatis habite de Christo, qua cognosceret esse

dei



dei filius et Christus Iesus et quodlibet istorum  
 est nomen quod est super omne nomen quia  
 filius dei nominat personam in una na-  
 tura. Christus autem et Iesus nominant per-  
 sonam in duabus naturis, sed Christus nomi-  
 nat personam in humana natura relata  
 ad divinam quia Christus dicit unctus. Iesus  
 autem nominat personam in divina natura  
 relata ad humanam quia Iesus dicit salva-  
 tor esse. Et ideo in nomine Iesu Christi de-  
 bet omne genus curvari. Sicut in nomine fi-  
 lij dei. Et per hoc patet responsio ad questio-  
 nem propositam quia nomen filij dei triplici-  
 ter dicitur clarificari secundum eius triplex  
 nomen, scilicet quantum ad certificationem  
 sine quantum ad diffusionem, sine quantum  
 ad rationis nominandi expressionem. Ita  
 quod certificatio respicit rationem nominis filij  
 dei. Diffusio rationem nominis Christi, ex-  
 pressio rationis nominandi rationem nominis  
 Iesu. // Patet etiam Responsio ad obiecta  
 quia Christus secundum hec tria nomina fu-  
 it quodam modo cognitus, fuit etiam et  
 quodam modo ignoratus. Secundum eum-  
 modum secundum quem ignoratus fuit me-  
 ruit nomen suum per passionem clarifican-  
 dum esse.

5 Contra illa verba longe a principio capituli ter-  
 tij (in qua enim forma crucifixus est. in ea  
~~exaltatus est~~) Arguitur quia exaltatus Chris-  
 ti est ad equalitatem patris, sicut dicitur in  
 psalmo dixit dominus dormitorem sede ad dex-  
 teras



tus meus. sed non est equalis patri secundum  
formam servi. sed secundum formam divini-  
tatis. ergo secundum eam exaltatus fuit -  
Item ei omnipotens exaltatus cui omne genu  
flectitur coelestium, terrestrium et inferny  
sed hec est divina natura. ergo est.

Sed contra quod eius est exaltari cuius est hu-  
miliari. sed divina natura humiliari non  
potest sicut dicit Anselmus in lib. de incar-  
natione verbis. ergo neque exaltari. Praeterea  
quod est altissimum. non potest exaltari. sed  
divina natura est altissima. ergo non po-  
test exaltari.

R<sup>o</sup> Dicendum quod sicut nominatus debetur  
personae respectu alicuius naturae. sic et exal-  
tatus. sed attendendum est quod exaltatio du-  
plex potest intelligi circa Christum. aut  
secundum rem. aut secundum nostram cog-  
nitionem. exaltatio Christi secundum rem  
est sublimatio Christi de statu presentis vi-  
tae ad dexteram patris. et hec exaltatio con-  
venit ei in ascensione. et secundum naturam  
humanam quae est elevata in coelum. et sic  
exaltari ad dexteram patris est sublimari  
ad potentia bona patris. Alio modo est exalta-  
tio secundum nostram cognitionem. et sic  
dicit Christus exaltari in cordibus nostris qu-  
ando credimus eum equalem patri. et sic  
exaltari ad dexteram patris. est exaltari ad  
equalitatem patris. et hoc modo exaltatio con-  
venit Christo secundum eam naturam secun-  
dumquam habet equari ipsi patri. et secundum



Hanc distinctionem patet determinatio contro-  
versia apparentis inter Augustinum et Am-  
brosium. patet etiam responsu ad obiecta. Au-  
gustinus enim loquitur de exaltatione reafj  
et sic procedunt rationes ad secundam par-  
tem. Ambrosius de exaltatione secunduz  
cognitionem nostram. et sic currunt ratio-  
nes ad primam partem.

vel dicamus cum dicitur Thomas et in idem redit  
q. exaltatio potest intelligi quantum ad cogniti-  
onem nostram. et sic debet personae ratione utri-  
usq. naturae. aut quantum ad rem. et sic cu  
exaltatio dicitur importet scilicet terminum ad  
quem. et motus ad ipsum. terminus convenit  
personae secundumq. dicitur exaltari usq. ad q.  
ualitatem patris. naturae autem assumptae  
secundumq. dicitur exaltari ad potentia bona pa-  
tris. motus autem convenit tantum naturae  
et ideo exaltatio convenit personae ratione  
naturae.

6 Contra illa verba circa medium capituli quin-  
ti (nam alij homines debitorum erant. et uix  
uniusq. sua virtus sufficiebat) Arguitur ex An-  
selmo qui dicit in lib. cur deus homo. nullate-  
nus potest homo magis hominem dare deo q. cu  
se tradit morti ad illius honorem. si ergo ser-  
uitia quanta sunt magis debita eo sunt minus  
grata. videt q. homines non sunt debitorum mor-  
tis. Item quilibet est debitor eius. quod est. et  
quod potest. q. totum a deo accepit. ergo videt  
q. nullus possit mereri aliquid apud deum. nec  
moriendo. neq. aliquid faciendo. Item Christus  
debebat obedire patri. sed pater precipiebat quod  
de



debebat mori pro salute humani generis ergo  
Christus dominus debitor erat mortis.

R<sup>o</sup> Dixerunt q<sup>ue</sup> est debitum ex charitate. et  
est debitum ex necessitate. debitum ex chari-  
tate non tollit perfectiorem meriti. debitum  
vero ex necessitate quodammodo minuit. quo-  
miam ergo omnes debitores erant mortis de-  
bitis necessitatis. quos quidem provent ex rea-  
tu et obligatione culpa. ideo dicit magister  
q<sup>uod</sup> nullus poterat deum placare. quamvis us-  
que in morte perferendo mortem posset deo placere  
Christus autem dominus q<sup>uia</sup> sine debito mortis  
per tulit mortem. et placere potuit. et placare  
placere q<sup>uia</sup> ex bona voluntate. placare q<sup>uia</sup> propter  
necessitatem. ideo aut magister q<sup>uia</sup> non est in ve-  
tus inter homines aliquis. qui id posset imple-  
re nisi les de tribu Iuda. et q<sup>uia</sup> unicuique uix sua  
virtus sufficiebat. q<sup>uia</sup> iustitiam nostram imperfec-  
tionem habent admixtam. et ideo uix ualent  
quantum ad personale meritum. nulli au-  
tem modo ad merendum pro tota natura.

Ad primam objectionem R<sup>o</sup> q<sup>uia</sup> patet ex  
ipsa serie textus Anselmus loquitur ibi de Chri-  
sto. Attamen isto q<sup>uia</sup> de alijs intelligat. non  
sequitur propter q<sup>uia</sup> homo non sit debitor mortis  
q<sup>uia</sup> potest homo per bonam voluntatem facere  
de necessitate virtutem. preterea est aliquis  
inveniendi modus ad quem non sumus de ne-  
cessitate obligati. et ex hoc patet ad secundum  
argumentum. q<sup>uia</sup> debitum non tollit meritum  
simpliciter. sed meritum illius perfectam pla-  
cationis quia deus reconciliatus est toti humano  
generi. Ad illud. quod obicit de obedientia ex dic-  
tus patet



7 circa illa verba post medium capitis quinti (in  
gressum regni caelestis omnibus suis impleto  
dei decretis aperire ualuit) aduerte q<sup>d</sup> decre-  
tum dicit dei preceptum quod si adam transgr<sup>et</sup>  
sus est. et quod Christus obediendo impleuit.  
uel decretum dicit sententiam mortis, quam in  
Adam tulit. Et hoc etiam decretum Christus  
dominus impleuit quando mortem sustinu-  
it. Christus gra<sup>u</sup>is autem dicit memoria  
peccati cuius adq<sup>d</sup> siue reatus ipsius. quod  
Christus pro nobis satisfaciendo deleuit

8 Contra illa verba longe post medium capitis  
quinti (tantum fuit peccatum nostrum ut  
saluari non possent, nisi unigenitus dei fili-  
us moreret pro nobis debitorem mortis) Ar-  
guit. nullus debitor mortis est dignus uita  
ergo si Adam fuit debitor mortis non fuit  
dignus uita. Item quere de qua morte intel-  
ligat. aut scilicet de morte corporali. aut de  
morte spiritali. Si de spiritali falsum est  
q<sup>d</sup> uiri iusti non sunt digni morte spiritali.  
Si de morte corporali aut naturalis. aut uolē-  
ta. de uolenta non est uerum. q<sup>d</sup> non omnes  
debitores sumus talis mortis. Si de naturali-  
tate uideat q<sup>d</sup> nihil faciat ad propositum. q<sup>d</sup> il-  
la mors naturalis non impedit meritum. nec  
aliquis ab illa liberat per Christum. omnes e-  
nim moriuntur.

R<sup>et</sup> Dicendum. q<sup>d</sup> mors dicitur multipliciter  
est enim mors separata animae a corpore. et  
est mors separata a deo per peccatum. et est eti-  
am mors separata animae a uisione dei in perpe-  
tuum. et est mors separata animae dei ad temp<sup>o</sup>  
cum



cum ergo dicit Ambrosius q. Christus mortuus  
est pro debitoribus mortis accipit mors primo  
et quarto modo, omnes enim sumus debitor  
mortis primo modo, et omnes debitor servant  
mortis quarto modo, et nos ipsi debitor es  
servus nisi precium solutum esset.

Et per hoc patet responsio ad ea quae obici  
unt. q. debitum talis mortis non opponitur  
dignitati vite q. eterna, patet etiam cuius  
mortis sumus debitor, et si obiciat q. mors  
naturalis non tollit perfectionem meriti. di  
cendum sicut prius q. non tollit perfectionem  
cuiuscunq. meriti sed meritum perfectae sancti  
ficationis pro salute generis humani. de hoc  
auctorem infra distinctio 20. per tractatum  
de materia. Suius distinctio agit dicitur Tho  
3. p. q. 19. ar. 1. et q. 34 ar. 2. et q. 48 ar. 1.  
et 2. et q. 49. ar. 6. et ibi eius expositores.











Distinctio Decima Nona que  
incipit. Nunc ergo quæramus etc.

Postq̄ magister in precedenti egit de merito  
passionis Christi domini secundumq̄ ordinat  
ad consecutionem boni, tam sibi q̄ nobis. in  
presenti distinctioe que septem capitibus con  
tinet agit de eodem secundumq̄ ordinat ad  
remotionem mali nostri. Et dividit in tres p  
tes principales. In quarum prima a princip  
o usq̄ ubi (unde ipse uereditur) agit de malis  
a quibus Christus nos eripuit. In 2<sup>a</sup> usq̄ ubi  
(qui solus dicit mediator) ostendit q̄ nomen  
Redemptoris Christi simpliciter conuenit. In  
3<sup>a</sup> parte q̄ mediatoris officium Christus solus  
habuit. et sic usq̄ ad finem distinctiois  
que in ep̄th̄m̄ redacta sic habet.

Per mortem Christi domini sumus liberati a  
peccato ~~et~~ principaliter a diabolo per consequens  
in quantum sumus per Christum iustificati.  
quod tripliciter apparet primo q̄ per mortem  
Christi charitas in cordibus nostris excitatur  
per quam iustificamur, et a peccatis liberamur  
et ex consequenti a diabolo, qui per peccatum  
uinctos nos tenebat; secundo per fidem mor  
tis eius a peccatis mundamur, et iustificamur  
Sicut enim aspicientes serpentem quem in  
Ligno sanabant, sic cum per fidem in Christi  
aspicimus, qui pro nobis in ligno pependit a  
peccatis solvitur et a diabolo liberamur  
Tertio, q̄ Christus sua morte offerens uerum  
sacrificium culpam destruxit, per quam nos dia  
bolus ligatus tenebat. et eius potestatem intan  
tiam

passionem. Et



tum debilitavit q. licet tentari possimus, nō  
 tamen nisi sponte nostra superari. quod pa-  
 tet in Petro, qui ante mortem Christi, Christianus  
 ad uicem ancille negavit. Postea uero ante  
 reges, et principes dictus non timuit, quod per  
 plures auctoritates et parabolas euangelij  
 de forti armato ostendit. Deus autem factus  
 est homo ut per mortem ipsius diabolus uin-  
 ceret, qui antea hominem superauerat. et  
 sic non uolenter sed iuste eum uicit dignum  
 enim erat. ut qui naturam humanam assu-  
 pserat per eam per quam prius diabolus de-  
 uicerat uinceret. Christus etiam nos a poe-  
 na q. eterna et temporali liberauit, siue re-  
 demit, ab eterna quidem relaxando debitas  
 et a temporali nos etiam liberauit infunden-  
 do gratiam. Adde etiam q. poenam peccato-  
 rum nostrorum portauit in corpore suo. pro  
 nostra culpa. que debet homini pro peccatis de-  
 beri in baptismo totaliter; et in sacramento  
 poenitentiae Minorat. Unde concludit q. si  
 Deus dicit nosse Redemptor secundum di-  
 uinam naturam, qua cum patre et spiritu  
 sancto cōmunitat prouentu potestatis, et se-  
 cundum humanam pro effectu similitatis.  
 dicit etiam mediator noster ipse et non spi-  
 ritus sanctus aut pater (mediator quippe de-  
 i et hominum Christus Iesus) secundum q.  
 per ipsum reconciliati sumus deo patri. secū-  
 dum quod etiam, nec Christus dicit secundum  
 diuinitatem. sed secundum naturam assu-  
 ptam



ptam (qua minor est patre) et caput hominum et esse probat. q. si quis interrogat cum tota trinitas deleat peccata. quare solus filius dicit mediator? Respondet hoc id est esse q. secundum humanitatem q. secundum divinitatem illa opera in se suscepit, quorum fide. et imitatione reconciliamur. Et secundum hanc naturam habuit aliquid commune deo scilicet iustitiam. et aliquid commune hominibus scilicet mortalitatem, que mediator congruunt. ex quo confundit errorem dicentium in Christo dominum esse tantum unam naturam. scilicet humanam. Et hoc delicta distinctio. quam magister Latinus prosequitur adductis precipue auctoritatibus. Roman. 5. Luc. 22. psalm. 68. Matthe. 26. Joannis. 14. Job. 31. 1. Thimothe. 2. 2. corinth. 6. Augustini. lib. de agone christiano. et lib. 3. de trinitate. c. 16. Vigilantij contra Euticem; et 1. Petri. 1.

et lib. 2. de baptismo parvulorum cap. 30. ad ephess. 1. colossen 3. 1. cor. 53.

ex qua tres eliciuntur conclusiones (quibus trinitas) in quibus tota eius summa consistit. Prima conclusio Christus passione sua redemit nos a culpa. poena. et vinculis diaboliq. captivitatibus.

2<sup>a</sup> conclusio. tota trinitas potest dici redemisse nos propter communem usum potestatis. 3<sup>a</sup> Christus humani generis Redemptor est unus dei et hominum mediator.

ex qua trinitas elicitur conclusio in qua eius summa consistit que talis est Christus passione sua redemit nos a culpa. poena. et diabólica captivitate. quia et tota trinitas id efficit. licet Christus sit hominum et dei mediator -

— Cuius hinc Christus sobolesq. terni parentis factus homo mortis vincere noscitur. Vult in natura superare ut equum hostem et nos tanquam charis in se foret —



Dubia Literalia siue textus expositio

Contra illa verba post initium capituli primi  
 a peccatis per eius mortem soluti sumus, quod per  
 eius mortem, ut ait Apostolus commendat nobis  
 Charitas dei? Dubitat et arguit videtur  
 enim si per ratum nullius esse momenti quoniam  
 cum per beneficia dei commendat nobis Cha-  
 ritas dei. Sicut per passionem Christi, videtur quod etiam  
 per eius beneficia iustificemur a peccatis sicut  
 per passionem Christi. Item martyres pati-  
 endo pro Christo excitant nos ad credendum et aman-  
 dum, ergo si passio Christi deus nos iustificare, quod  
 nos accendit ad Charitatem pariter et pas-  
 sio aliorum martyrum. Item si hoc verum  
 est sequitur quod iustificatio non conveniat passio-  
 ni Christi nisi solum per accidens, ratione Cha-  
 ritatis nostrae.

Respondeo dicendum quod magister secundum pro-  
 priam rationem non tanquam causam iustifica-  
 tionis totam, sed partem causae, presupponit  
 enim in ipsa passione rationem meriti, per  
 quod passio Christi est causa nostrae salutis, per  
 illam enim plenitudo gratiae Christi in nos re-  
 dundat, et illa supposita adiungit aliam ra-  
 tionem scilicet rationem exempli provecan-  
 tis, et existantis, et haec quidem bona ratio  
 est et sufficiens propter presupposita, quoniam  
 parte sola non sufficit, ac proinde rationes pro-  
 cedunt ex insufficienti, et patet ex dictis solutio  
 ad obiecta



Z

Contra illa verba longe post initium primi capitis  
 (dicimus quoque et aliter per mortem Christi  
 iustificari, quod per fidem in vitam eius a peccatis  
 mundamur) Arguitur quod multi sunt articuli  
 post articulum passionis sine quorum fide non  
 possumus iustificari. ergo sicut passio Christi  
 dicitur nos iustificare iniquitatem est credita pa-  
 ri ratione, et ascensu et aduentu ad iudicium  
 Item sicut fides et Charitas requiruntur ad ius-  
 tificationem, ita etiam et alie virtutes, ergo si-  
 cut dicimus iustificari per Charitatem et fide  
 passionis Christi. Similiter etiam dicimus iusti-  
 ficari, per Similitudinem, p. g. et alias virtutes  
 quibus assimilamur Christo patienti.  
 iuxta hoc querit cum magister adhuc assignet  
 tertiam rationem quare dicimus iustificari  
 per passionem Christi domini, nimirum per mo-  
 dum sacrificij oblatis, peris quod sumit sufficien-  
 tia illam rationem.

R<sup>o</sup> Dicendum quod neque istam rationem assignat  
 magister tanquam principalem sed ad istam  
 presupponit illam, qua passio dicitur iustificare  
 per modum meriti, et illam assignat cum dicit  
 quod Christus morte sua tanquam verissimo sacrificio  
 quidquid erat culpae in vobis destruxit, ac  
 proinde tres innuit rationes propter quas passio  
 Christi dicitur iustificare, iustificat enim ut hostia  
 oblata, ut credita, et ut amata. Et istae tres ratio-  
 nes reducuntur ad illas quae superius adductae sunt  
 scilicet quod passio Christi iustificat per modum me-  
 riti disponentis, per modum exempli excitantis  
 et per modum exemplaris dirigentis, ut sit in ca-  
 me

tres



meritum in quantum nostra oblata, excitatio  
in quantum credita. et directio in quantum  
amata. Secundum triplex genus causae et sic  
passus dicitur iustificare nos per fidem et charita-  
tem, quia mediantibus his duabus virtutibus  
venimus ipsi passioni tanquam fonti salutis. et  
sic patet Responsio ad illa tria obiecta.

Primum enim procedit ab insufficienti  
Secundum vero dissolvit per defectum simi-  
litudinis, non enim est simile de fide et cha-  
ritate. et alijs virtutibus. Illud vero quod ter-  
tio querebat manifestum est.

et verba magistri inferius in eodem capite  
primo longe a principio sequentia (mortem qui-  
pe sua non vicissimum sacrificio quod quidem cul-  
parum erat etc.) id ipsum declarant. inti-  
mum enim tertium mundum qui per passio-  
nem a peccatis liberatur. duo enim prius pro-  
positi pertinent ad efficientiam iustificationis  
ex parte nostra. Sic autem pertinet ad suf-  
ficientiam ex parte sua, quia sua satisfactio  
fuit sicut quoddam sacrificium ad delendum  
omnia peccata quantum in se est sufficiens  
Circum illa verba post medium primi capitis (cul-  
parum chirographa deleta sunt etc.) adver-  
te quod chirographum dicitur a chiro quod est  
manus. et graphos, quod est scriptura, qua  
si manualis scriptura, quae memoriam de-  
bitorum facit. et obligationem ad solvendum.  
dicitur autem chirographa nostrorum pecca-  
torum per mortem Christi deleta, in quantum  
me



memoria nostrorum delictorum amota est secun-  
dumque deus eorum non recordatur ad puniendum.  
uel in quantum obligatio poenae sine reatu  
amotus est.

¶ Contra illa verba longe post medium primi  
capituli (consideramus enim in principem hu-  
ius saeculi, qui seduxit Adam, et servum fecit  
equeque nos, quasi vernaculos possidere) Ar-  
guitur quod fraus et dolus nemini debet patris-  
nari: ergo si diabolus hominem decepit, videtur  
quod ei non debuerit dominari. Item diabolus  
nullum ius habebat in nobis, ergo non videtur  
quod aliquo iure nos possederit. Item nos eramus  
serui dei, ergo non erat in potestate nos-  
tra facere nos servos diaboli: si ergo nec deus  
facit nos servos diaboli, nec nos potuimus nos  
facere, nec diabolus potuit nos sibi subiuga-  
re non videtur verba auctoritatis prodiditque ve-  
ritatem habere

¶ Rr Dixerimus quod sine dubio homo iuste detine-  
batur, sed diabolus nullo titulo eum iuste detine-  
bat, nec possidebat, quod male fidei possessor fuit  
sed deus qui est iustus iudex iusto suo iudicio  
hoc permiserat, iustum enim erat, ut ille  
qui se voluntarie subiecerat suggestioni  
culpam eadem in voluntate, subderet per  
poenam. Cum autem arguitur quod diabolus non  
potuit possidere eum, quod nullum ius habebat. Rr  
quod non valet, quod multi possident iniusto titulo  
quorum diabolus princeps et iudex est, qui  
est caput fraudis et malitiae, nec fraus et dolus  
ei



ei pater uinabat, quod ad malum suum Serminem  
detinebat. sicut fides et latrones ad tempus  
ea possident, quae in perniciem suam fuerant

Ad illud quod obicit, quod homo non potuit se  
facere seruum cum esset in alterius iurisdic-  
tione constitutus. Rr quod deus reliquerat Sermi-  
nem in manu consilij sui, et sic in sua potes-  
tate erat et ei pertinebat, ut posset se induce-  
re in seruitutem diaboli.

contra illa uerba antemedium capitis quarti.  
(Poena in baptismo penitus relaxat) Arguo  
quod in baptismo requiritur gemitus interior.

Dicendum tamen quod non requiritur in quantum  
est poena, sed in quantum consequitur ex dispi-  
centia ueteris uitae, cuius si non poeniteatur  
potest uita inchoari. Et ueteris huius  
abscedere.

contra illa uerba in principio capitis quin-  
ti (Unde ipse uere dicit Redemptor mundi  
est) Arguit, nemo enim emittit quod suum  
est, si ergo deus dominium super homines  
non misisset, uideret quod ad eum redemptio-  
nis non expectabat. Item quod a quo  
est per quem redemit, si dixeris quod redemit a  
diabolo, contra pretium soluitur ei a quo re-  
demit, sed redemit non a quo suo pretio,  
ergo uidet quod pretium sui sanguinis soluitur  
diabolo, si dicas, quod redemit a deo, contra, nullus  
redimit uel emittit aliquid a se ipso.

Rr Dicendum quod homo uenundatus erat ut  
fa



facere malum in conspectu domini. et facerat  
seipsum seruum peccati et supplicij. in his  
autem omnibus detinebat auctoritate diuinę  
sententię et iustitię. ac proinde pretium redem-  
ptionis ei oportebat offerri, quod damnium et  
iniuriam passus erat. Et quoniam hęc est de  
deus Christus in offerendo sanguinem suum  
deo redemit nos a seruitute peccati. diaboli  
et supplicij. Itaque manus misericordię re-  
demit. Sermo de manu severitatis et ius-  
titię. transierat enim Sermo per culpam suam  
de una manu ad alteram. Et per hoc patet  
Responsio ad obiecta.

7  
Contra illa verba post initium capitis quinti  
(Redemptor ueris aliquando etiam pater uel  
spiritus sanctus dicitur. sed hoc propter usum po-  
testatis) Arguitur. Si enim deus ab æterno  
habuit potestatem uidee q. ab æterno fuit re-  
demptor ueris. Item Augustinus dicit q. in  
nostra redemptione non erat utendum potes-  
tate. sed potius iustitia. ergo non uidee ratio  
illa recte assignata. Pr. Dicendum q. in  
redemptione fuit usus potestatis. et usus simi-  
litatis. sed usus similitatis apparuit in pri-  
mordio. usus uero potestatis apparuit in fine  
uicit enim mortem. et auctorem mortis patien-  
do. et resurgendo. Licet passio infirmitatis attri-  
buitur solum Christo. tamen operatio uirtutis to-  
ti trinitati. et ideo dicit magister q. tota trinitas  
est Redemptor usu potestatis sempotentis.  
Ad obiectionem R. q. magister non dicit q. fuerit  
Re



Redempti ex potestate, sed ex usu potestatis.  
et sunt quidem non ab initio ab æternis, sed ex  
tempore.

8  
contra illa verba ad finem capitis quinti (et  
sepius dicit redemptor secundum humanita-  
tem, quia secundum eam, et in ea suscepit et  
implevit illa sacramenta, que sunt causa  
nostre redemptionis) Arguitur poenitentia  
et confirmatio et extrema unctio faciunt ad  
nostram redemptionem, et tamen Christus ea  
in se non recepit.) R. Dicendum quod sa-  
cramenta non unctio illa, que sunt signa, et  
vasa sacra in quibus confertur gratia, sicut  
sunt septem sacramenta ecclesie. Sed sacra-  
menta sic dicuntur sacra mysteria sive secre-  
ta sive facta, que ordinata sunt ad nostram  
redemptionem. sicut Christi dominus in carna-  
tu, natiuitas, passio et resurrectio  
9  
circa illa verba post medium capitis septimi  
(Si ergo Christus secundum vos o heretici u-  
nam tantum habet naturam unda medius  
erit?) aduerte quod illa sunt verba Vigilantij  
qui ponit Christum mediatorem ratione per-  
sonę compositę ut dictum est. Possunt ta-  
men dicere quod si haberet humanam naturam  
tantum secundum illam non esset sufficiens  
mediator, quia non haberet unde satis faceret,  
pro tota natura humana, sicut neque alij qui  
sunt puri homines.

De materia istius distinctio agit diuus Tho-  
mas 3. p. q. 49. ar. 1. et q. 48. ar. 4 et 5 et ibi  
ipsius expositores



*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical or legal document.]*

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical or legal document.]*



104

104

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*







estate. Sicut nec  
diabolus quantum  
ad dona natura  
lia alienus ex  
titit ad dono ipsius.

Unde Passus Chri  
sti dicitur opus dei  
et iudgorum ~

Genes. 3. Roman. 8

... sicca efficaciter pro electis tantum. qui se  
ad passionem traditus est a se ipso quod  
lens et a deo patre quod ab ipsius voluntate a  
Iuda qui eum vendidit et a iudgis qui ip  
sius mortem procurarunt. Iudas tamen et  
Iudgi quamvis opus eorum operatum bo  
num esset. ac Sabito respectu ad operantium  
intentionem pessimum egerunt facinus, in  
nocentissimum dominum ex iniquitate of  
ferentes. quem pater ac ipsemet seipsum  
ex maxima obtulerant charitate. et huc de  
Littera distinctum quam magister Satus pro  
sequit adductis precipue auctoritatibus Au  
gustini. lib. 13. de trinit. cap. 10. <sup>et. 11</sup> hebraeor. 2 et 9  
psalm. 109. <sup>76 et</sup> Isai. 53. <sup>2 et</sup> ephes. 5. matth. 26  
Luc. 24. et Augustini in expositione fidei  
catholice contra Felicianum. <sup>us sup</sup> in psalmum 93. <sup>10 an</sup>

ex qua ~~trium~~ <sup>trium</sup> ~~conclusionibus~~ <sup>conclusionibus</sup>  
electis conclusio in  
qua eius summa con  
sistit que talis est  
congruentia fructu  
dumendi modus Chri  
sti passus. que opus ex  
titit dei et iudgorum  
et Iudgorum quidem  
ut operatum, bonu  
ut autem operanti  
um malum.

metrice sic

quod quod summa salutis  
omnis parte esse vale  
bit

ex qua tres elidunt conclusiones. (uel una  
trium) in quibus tota eius summa consistit  
Prima conclusio. quod vis deus abter potuisset ho  
minem redimere quod per Christi passionem. ille  
tamen fuit congruentior modus.

2<sup>a</sup> conclusio passus Christi que opus dei fuit  
et Iudgorum est nostre redemptionis causa ef  
ficiens

3<sup>a</sup> Iudgorum opus operatum in passione  
Christi domini bonum fuit. opus tamen operanti  
ex intentione eorum pessimum.

et nihil quod enim eundem eadem  
omnia congruentior potuisset modus. sed tamen ulli  
qui magis que tuamvis Christe quadraet erat



Dubia literalia siue textus exp.

- 1 Contra illa verba post initium primi capituli (qz sic iustitia superatus est diabolus non potentia) dubitat. qz iustitia dei non potest esse sine potentia, neqz e conuerso. R. qz intelligendum est qz non potentia tantum. Si tamen potentia tantum diabolum superasset, ad successe iustitia ex parte dei liberantes, qz uis non esset ex parte nostra.
- 2 Contra illa verba circa medium primi capituli (illo enim deserente peccantem peccati auctor illico inuasit) Arguit. qz sicut Adam peccauit in consentiendo, ita diabolus peccauit in seducendo. ergo sicut iustum fuit hominem tradi in potestatem diaboli, ita etiam iustum fuit diabolum tradi in potestatem hominis. Item magis peccauit peccati auctor qz consentiens in peccatum. ergo potius debuit diabolus tradi in potestatem hominis. qz homo in potestatem diaboli. Item magis peccauit diabolus ergo magis eum debuit in cadere sententia iudicis.
- R. Dicendum qz tam diabolus qz Adam inuasit sententia iudicis condempnantis uterqz tenim punitus est, sicut scribitur in genessii. sed tamen magis decebat secundum ordinem diuine iustitie hominem subugari qz e conuerso, qz sponte subiecit se illi consentiendo, tum qz homo ex ordine nature sub angelis erat. unde etiam homini ad exercitium dicitur.
- 3 Contra illa verba post medium primi capituli - (Remissio peccatorum per sanguinem Christi data



a diabolo eruit ut sic Iustitia vinceret) Ar  
 guitur quod secundum hoc deus posset facere per  
 iustitiam aliquid et non per potentiam ut su  
 pra arguebamus et e converso. Contra quod est  
 quod est sicut iustus. et sicut potens. ergo nihil  
 potest facere nisi iuste et potenter. Item  
 est quod deus fuisset usus potentia in liberatio  
 ne hominis. cum diabolus nullum ius habe  
 ret in eo. nullam iniuriam fecisset diabolo.  
 R<sup>r</sup> Dicendum quod in auctoritate premissa non  
 separatur. Cuius supra dicitur iustitia a poten  
 tia itaque sit sicut altera in operatione divina  
 sed hic innuitur quod aliquid est opus in quo per  
 excellentiam manifestatur iustitia. aliquid  
 in quo per excellentiam relucet potentia  
 et deus illum modum elegit. in quo mani  
 festatur iustitia. ut nobis daret imitandi for  
 mam. quod si per potentiam liberasset etiam ibi  
 fuisset iustitia. sed non ita manifestata ut  
 circa litteram precedentem superius dictum  
 est.

Contra illa verba post initium capituli tertij  
 (quod predestinatus tantum salutem efficit) du  
 bitatur quod aliqui etiam non predestinati gra  
 tiam accipiunt. Sed Dicendum quod loquitur  
 de salute finalis per quam homo ab omni ma  
 lo liberatur. Sic tamen distingueretur quod  
 potest intelligi de opere operante  
 Contra illa verba sequentia post initium capi  
 tuli tertij et citata verba (de quo et legitur quod sic  
 traditus a patre. et quod se ipsum tradidit) Argui



quod si enim deus tradidit illum in mortem,  
iudex q, iudgi eum occiderent auctoritate dei  
ergo deus particeps fuit in illo homicidio. Si di-  
xerit q, tradidit eum q, permisit eum occidi.  
Similiter posset dici de quolibet qui occidit  
q, quolibet qui occidit permisit deo occi-  
di. Item qui potest alium liberare ab occis-  
sione, et non liberat dicit eum occidere inter-  
pretatione. ergo cum deus pater potuisset libe-  
rare filium, ut non occideret, videt q, saltem  
interpretatione eum occidere.

R. Dicendum q, mors est privatio uitae, et  
hoc habet comparationem ad inferentem  
et ad eum qui sustinet. Et secundum hoc  
aliquis potest dupliciter tradere alium in  
mortem. aut q, facit ut alij inferant ei mor-  
tem, aut q, facit ut ipse sustineat mortem  
quoniam ergo sustinentia mortis fuit a deo  
patre et fuit a Christo domino. q, deus pater  
voluit q, ipse sustineret mortem, et ipse vo-  
luntarie sustinuit. Hinc est q, traditus dicitur  
a patre. traditus etiam dicitur a se, rursus q,  
Iudas et Iudgi procuraverunt ut alij infer-  
rent ei mortem. Sincere est q, traditus dicitur a lu-  
da et a Iudgis. Et quoniam fuit laudabilis  
mortis sufferentia, vitatio autem fuit vitu-  
perabilis. Sincere est q, traditus dicitur et Christus lau-  
dat. traditus vero Iudg et Iudgorum vitupe-  
rat. Et sic patet q, mors a parte sufferentis  
fuit deo placita et accepta sed a parte infligen-  
tium



tium fuit tantum permissa. Et per hoc patet  
 Responsio ad primum obiectum. Ad illud q.  
 permissum alium occidi cum possit prohibe  
 re preceptum homicidij est. Dicendum quod  
 illud fallit in eo quod potest peccata omnia  
 prohibere. Et non prohibet. Hoc enim expec  
 tat ad regimen sue providentiae. sicut in pri  
 mo libro et etiam secundo ostensum fuit.

Contra illa verba ad finem capituli tertij (Ad  
 quidem ludq ac ludgorem sunt malis quibus  
 operati sunt Christi passionem que bonum est  
 et opus dei est.) Sequitur quod videtur implicare  
 duo opposita. Scilicet enim aliquid recipit determinati  
 onem a termino. et passio Christi fuit bona  
 videtur quod aliter eorum fuerit bonum. Item  
 et vicia ponunt. sed Christi dominivita et ge  
 neratio fuit bona. ergo mors et corruptio fuit  
 mala. Item iuxta hoc quod dicitur. Vnde simpliciter  
 Dicendum est quod Christi passio fuit bona vel ma  
 la. cum enim habeat alterum bonum eterna  
 lum. sicut supra dictum est non est ratio quod  
 re magis debeat ab hoc quam ab illa determinatione  
 quod dicitur etiam dicitur quod passio sit bona. Vtrum  
 cedendum sit quod iudges operati fuerit bonum?

R. Dicendum quod cum querimus de boni  
 tate passionis non querimus de bonitate vel  
 malitia in genere naturae. sed in genere moris  
 De hac ergo bonitate sine dubio est concedendum  
 quod passio Christi fuit bona simpliciter. est enim  
 preterita in conspectu domini moris sanctorum eius

et



Et multo magis mors Christi fuit pretiosissima  
 duplici autem ex causa debet dici mors Christi  
 simpliciter bona. una est strenuitas virtutis  
 ex parte sustinentis. Sustinebat enim illam  
 passionem virtuosissime quod patientissime et  
 constantissime. Secunda est utilitas redemp-  
 tionis ex parte Summi generis. quod per illam  
 totum genus humanum liberatum est. Ter-  
 tia est honoris causae muneris. mortuus est  
 non sicut pro veritate dicenda. Unde Pilatus  
 scripsit super eum causam. Iesus Nazare-  
 nus. quamvis autem passio Christi sub bono  
 simpliciter. tamen a bono iudicium fuit ma-  
 le simpliciter. quod ex mala voluntate et ra-  
 dice processit. nec propter bonitatem passio-  
 nis. quae inde secuta est bona potest appellari.  
 Hoc enim fuit propter intentionem ipsorum  
 per operationem divinam. per quam deus  
 de multis malis elicit multa bona. Et  
 Per hoc patet Responsum ad obiectores. Pri-  
 mum enim patet quod non est multiplicatus  
 in impossibilibus. sicut iam ostensum est.  
 Secundum etiam patet quod mors et vita non  
 opponuntur in genere moris. sed in genere na-  
 turae. Tertium patet. quare passio Christi di-  
 citur simpliciter bona. passio enim dicitur ut  
 est in patiente. Et ideo dicitur magis passio et  
 se bona ut est a bona voluntate patientis quam  
 mala prout est a mala voluntate inferentis.  
 Ad illud autem quod quaerit ultimum verum  
 concedendum sit quod iudici operati sunt bonum  
 Dicendum quod est opus operans et opus operati-  
 onis



Cum ergo querat Utrum Iudqi operati sint bonum. Bonum potest dicere bonitatem circa opus operans. uel circa opus operatum. Si circa opus operans est simpliciter negandum qd tale opus in Iudqis simpliciter fuit malum circa uero opus operatum quoddam quidem fuit mors et passio Christi domini. Sic dupliciter intelligi potest. aut primo et per se. ut sic falsum est qd Iudqi sunt operati bonum. illud enim opus operatum bonitatem non habuit ex intentione Iudqorum. si autem intelligat per accidens et ex consequenti. sic habet ueritatem. Iudqi enim operati sunt passionem Christi. que quidem fuit maximum bonum. et saluberrimum toti mundo.

De materia istius destructionis agit diuus Thom. 3. p. q. 1. ar. 2. ad 2. et q. 43. ar. 2. et q. 44. et ubi eius expositor.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



*[Faint, illegible handwriting in the top section of the page]*

*[Main body of faint, illegible handwriting, possibly a list or detailed notes]*

*[Faint handwriting in the top right margin]*

*[Faint handwriting in the middle right margin]*

*[Faint handwriting in the bottom right margin]*



Distinctio. Vigesima Prima que  
 incipit. Post predicta considerandum est.  
 Postquam magister egit in precedentibus de pas-  
 sionis merito. In hac distinctioe que quattuor  
 capitibus absolute agit de eius fine sine termi-  
 no. Et dividit in tres partes principales. In  
 quarum prima a principio usque ubi (receden-  
 te vero anima) inquit an in morte Christi  
 caro fuerit a verbo separata. In 2<sup>a</sup> usque ubi  
 (Sane inquit dici potest) ostendit secundum quod  
 mors Christi fuerit consummata. In 3<sup>a</sup> subiun-  
 git secundum quod veritas quarundam pro-  
 positionum in hac materia sit accipienda  
 et hoc usque ad finem distinctiois. que in 4<sup>a</sup>  
 per hanc formam redacta sic habet.

quidam existimauerunt quod sicut in passione Chri-  
 sti domini caro fuit separata ab anima ita et  
 a deitate. quod ex eis probabatur quod quando duo  
 per aliquod medium uniuertur recedente medio  
 cessat et unum. sed caro Christi est unita diuini-  
 tati mediante anima ergo recedente anima ca-  
 ro fuit a deitate separata. sed in morte Christi  
 fuit



fuit anima a carne separata alias enim non fuis-  
 set uera mors. que in separatione anime a car-  
 ne consistit. ergo caro fuit separata a deitate.  
 quod etiam ex Ambrosio confirmat super illud  
 psalmi deus deus meus. ut quid dereliquisti me  
 qui exponens de Christo ait. clamat homo sepa-  
 ratione deitatis mortuus. uideat ergo quod aliter  
~~ex~~ uideat quod non potuisset aliter nisi fu-  
 isset & diuinitas a carne separata. <sup>eternum</sup> Sed si hec uer-  
 ba essent et intelligenda ut sonant sequeretur  
 quod Christus dominus ad succurrens et pendens in  
 cruce clamans & illa uerba proferens esse et ho-  
 mo et uideretur facta ut insinuat illa derelic-  
 tione seu separatione diuinitatis. Hoc autem o-  
 mnino falsum est. ergo ante mortem non fuit  
 deitas separata a carne. Unde explicanda sunt  
 uerba Ambrosij taliter quod uelit dicere. deum  
 patrem filium suum lesu[m] Christum dereliquis-  
 se. ipsum exponendo potestati et dominus per-  
 sequentium. ac proinde dicat deitas separa-  
 ta que ad subtractionem pertinet. et de-  
 fensionis non autem per solutionem unionis  
 separauit ergo se diuinitas foris ad defensionem  
 sed non inuis ad unionem. <sup>predicta</sup> ~~uero~~ adumbrat  
 in ueteri testamento in duobus illis sacris quo-  
 rum alter immolabat. alter uero in desertum  
 Liber dimittebat. per quos dua in Christo natu-  
 ra profigurabantur scilicet humana pro hominum  
 salute tempore passionis immolata. et diui-  
 na. que libera in celum abiit. non quidem  
 loci mutatione. nec unionis solutione sed ut  
 dictum est defensionis subtractione donec pas-  
 sus Christi dominum consumaret. quod si Attanasius  
 dicit

quod  
~~homo~~ mortem  
 ut ait Augustinus  
 Somnes timere con-  
 succunt. non que  
 in separatione ani-  
 ma a deo consistit

hoc Respondemus  
 quod illa separatio  
 sic est accipienda  
 sicut intelligitur de  
 relictis

Sominem

ad illud uero quod ab  
 Iude seruetur quod anima  
 medium est quo caro  
 unio deitati. Respon-  
 det quod est medium  
 quantum ad fieri ip-  
 sius unionis. non  
 autem necessarium  
 quantum ad conser-  
 uari unionis iam  
 facta.



dicit q, iste homo fuit assumptus in resurre-  
 ctione quod verum non esset nisi divinitas eum  
 in morte reliquisset. Respondet q, totum homi-  
 nem assumpsit in resurrectione, et totum de-  
 posuit in morte. non tamen animam et car-  
 nem deposuit. et ideo hec auctoritas in contra-  
 rium veritatis nihil probat. maxime q, Atta-  
 nasius illud adducit contra quosdam hereti-  
 cos qui negabant Christum resurrexisse. et ani-  
 mam non fuisse corpori unitam. Separata est  
 ergo in morte Christi anima ab ipsius carne  
 propter quod vere dicit mortuus sed neutrum  
 verbum separatum est a verbo. et hec quidem  
 veritas pluribus auctoritatibus confirmatur.  
 Christus autem dominus ut veritas docet et  
 auctoritate Ambrosij in litera confirmat. pon-  
 te tradidit semet ipsum. propter communica-  
 tionem autem proprietatum et unionem  
 in persona sicut dicit mortuus homo q, caro  
 est mortua. sic q, ille homo est mortuus etiam  
 deus dicit mortuus et similiter deus passus  
 propter carnem et animam divinitati unitam  
 q, utraq, dolorem sensit. Divinitas ex pers-  
 onis fuit et hoc auctoritate confirmat. Po-  
 test autem dici q, deus mortuus est et non mo-  
 tuus est. passus est et non est passus. negati-  
 ve enim sunt vere secundum divinitatem  
 affirmative autem secundum humanitatem  
 et hec de litera dicit Ambrosius. quam magis-  
 ter Latius prosequi adducit precipue auctori-  
 tatibus Augustini super psalm 43. Ambrosij in  
 exposu. psalm. matth. 27. Joannis. 14. Levi-  
 tici. 16. Gal. 53. esiechia in leuit. deuteron. 4



Joannis. 10. Augustinus sup Joannem. Ambrosij. Lib. 2. de spiritu sancto. Augustini super psalm. 129. 1. Petri. 2. et Augustini in sermone de fide. // hebr. 12. Athanasius / et psalm. 37

ex qua tres eliciuntur conclusiones, uel una turnembus in quibus ipsius tota summa consistit

Prima conclusio <sup>caro</sup> Summa Christi non fuit in passione a diuinitate soluta, sed solum per subtractionem protectionis foris delecta.

Secunda conclusio. Christus uere mortuus est quia carne anima uere separata fuit.

3<sup>a</sup> Respectu diuersorum deum mortuum fuisse et non fuisse mortuum concedit et negat.

ex qua ~~conclusio~~ elicitur conclusio in qua eius summa consistit quae talis est caro Christi impassibilis et delecta non fuit a diuinitate separata / quantum ipse obierit anima a carne soluta. Et mortuus et non mortuus respectu diuersorum concedat.

metrice sic

quoniam mors anima Christi de corpore truesue ipsa tamen deitas suaue utriusque carnis.

Dubia literalia siue textus expositi.

1 Contra illa uerba post initium capitis tertij (nemo tollit animam meam a me) Arguitur quod si nemo potuit animam eius ab eo tollere nemo potuit eum per uolentiam occidere, et ergo ipse non fuit mortuus per alienam uolentiam, sed per propriam potentiam ergo fuit fuit homicida sui ipsius.

R<sup>r</sup> Dicendum quod dominus in uerbis adductis non uult excludere uolentiam crucifigentium

res



respectu naturæ. sed respectu voluntatis diuinæ  
 et in hoc uult ostendere, q. nemo posset ipsum  
 occidere. nisi ipse uellet mortem sustinere se-  
 cundum dispositionem uoluntatis suæ. Unde  
 ponere animam ibi non est per executionem  
 sed per uoluntariam permissionem. crucifi-  
 gentes ergo quantum in ipso erat uolentiam,  
 intulerunt, quamuis Christo domino uolen-  
 tia inferri non potuit ex parte personæ. sed  
 solum ex parte corporis humani.

Contra illa uerba post initium capitis tertij  
 Sed caro animam posuit quando expirauit  
 Arguit. q. potius deberet dicere e conuerso, q.  
 anima posuit carnem, q. magis habet uirtu-  
 tem anima super carnem, q. caro super animam.  
 Item in resurrectione potius dicit anima re-  
 sumpsisse carnem, q. caro animam, ergo in  
 morte potius deberet dici anima ipsa posuisse  
 carnem, q. e conuerso.

R. Dicendum, q. magis dicit de carne q. po-  
 suit animam q. e conuerso. non q. caro uirtu-  
 tem habuit super animam. sed q. carne re-  
 manente anima a carne recessit, quia ta-  
 men per animam intelligit uita, que magis  
 habet rationem pretij. et quoniam etiam ani-  
 ma presidet carni, idem magis dicit de car-  
 ne q. e conuerso. et per hoc patet responsi-  
 ad obiecta. Nam reijciuntur caro posuisse ani-  
 mam q. caro propria uirtute fecerit, sed quia  
 eius diuina erat unita carni sine cuius permis-  
 sione



4. <sup>^</sup> <sup>^</sup>  
 sione anima non poterat deponi a carne ))  
 Contra illa verba ad finem capituli quarti  
 (idem ergo patiebatur et non patiebatur moue-  
 batur et non mouebatur) Arguitur quod principi-  
 um primum est in prima philosophia quod im-  
 possibile est simul et semel de uno et eodem di-  
 ci duo contradictorie opposita. ergo si hec est ve-  
 ra Christus mouebatur. Hec simpliciter erit  
 falsa Christus non mouebatur. si dixeris quod  
 non est contradictio quod sic attribuitur ei secun-  
 dum diuersas naturas. et ad hoc quod sic contra-  
 dictio oportet quod opposita non solum attribua-  
 tur eidem. sed etiam secundum idem. Sed non  
 euacuat difficultatem quod si quis diceret Petrus  
 esse album quod est albus secundum corpus et  
 non esse album quod non est albus secundum a-  
 nimam nihil omnino diceret. Prima enim  
 esset simpliciter vera. Secunda simpliciter  
 falsa. ergo si hec est vera secundum humani-  
 tatem Christus est mortuus. ista erit simpli-  
 ter falsa Christus non est mortuus. Item hec  
 absque omni dubio vera est Christus est homo  
 passus et mortuus. si ergo est communicatio  
 idiomatum. hec erit vera deus est mortuus  
 ergo Christus homo et deus est mortuus. si ergo  
 hec est vera omnimodo Christus est mortuus  
 opposita eius erit simpliciter falsa.

3. contra illa ver-  
 ba post inuenimus  
 pitus quarti (sed  
 non est mutatum  
 in hominem homo  
 in illis mutatus est)  
 Arguitur nature man-  
 serunt utriusque in  
 unitate. R. tamen  
 quod humana natura  
 in Christo per hoc quod  
 est assumpta in-  
 unitatem diuina  
 persona non est mu-  
 tata a sua natura  
 si conditione. sed  
 accepit ampliorem  
 perfectionem. secu-  
 dum quam facta  
 est melior. 11-

R. Duendum quod sine dubio illud quod conue-  
 nit Christo secundum humanam naturam et  
 am secundum diuinam simpliciter et vere pro-  
 test ei attribui unde uere dicitur Christus est crea-  
 tor



tor omnium Christus natus est de Virgine  
 vere etiam dicitur Christus est mortalis. Christus  
 est immortalis. quamvis autem aliquid  
 conveniat Christo secundum naturam assu-  
 ptam, quod non convenit ei, secundum natu-  
 ram divinam non potest tamen ab ea simpli-  
 citer removeri, quod plus tollit negatio, quam po-  
 nat affirmatio. Et ideo affirmative con-  
 cediuntur tanquam verum, negative vero re-  
 gandi sunt tanquam falsum, nisi proponantur  
 vel intelligantur cum addita determinatione  
 Unde hec est vera Christus non est mortuus  
 secundum deitatem. Hec autem simpli-  
 ter prolata Christus non est mortuus, falsa est.  
 Ambrosius autem et magister predictas lo-  
 cutiones intelligunt cum determinatione  
 adiuncta, quod patet per firmam auctoritatis  
 patris et hinc ipso, quod proponit istas simul  
 moriebatur, et non moriebatur, ardeat enim  
 pars affirmativa ad humanam naturam  
 et negativa ad divinam, ideo non est ibi  
 contradictio, quod non est secundum idem, et per  
 hoc patet satis responsio ad obiecta.  
 de materia Suius distinctionis agendum in Tho  
 3. p. q. 50. ar. 2. et 3. et q. 51. ar. 3. eorum  
 eius interpretes.











Distinctio Vigesima secunda

qua incipit. Sic querit verum etc. /

Postq magister in precedenti egre de morte Chris-  
ti tanq passivus sui termino in presenti distine  
tione que quattuor capitulis continet. agit de  
quibusdam que sequuntur ex ipsa. et dividitur  
in tres partes principales. In quarum prima a  
principio usq ibi. (Sic queritur si Christus) in-  
quire an in triduo mortis fuerit homo. In 2  
usq ibi (Solete nam queri) supposito q fuerit  
in illo triduo homo. an fuerit homo in sepulchro  
et in inferno. In 3 parte discutit an ille homo  
Christus sit ubiq et venerit de celo. et huc us-  
q ad finem distinctiois que in epyltho mem-  
redacta sic habet.

quidam enim multi tenuerunt q Christus  
in triduo mortis sue non fuerit homo. quorum  
ratio est q Christus in illo triduo fuit mortuus.  
et homo mortuus non est homo. Secundo quia  
aut fuit homo mortalis, aut immortalis no  
mortalis q carnerat mortuus, neq immortalis  
Sic q post resurrectionem solum fuit immor-  
talis. ergo in triduo mortis non fuit homo. Respo-  
det tamen magister securidum propriam opi-  
onem dicens q Christus in illo triduo fuit verus  
homo. quantum fuerit mortuus. Sed eius opinio  
non tenet, assignat vero sui delectationem esse  
insepabilem unionem, q diuinitas unita carni  
et anime remanebat. ad cuius declarationem  
subdit q aliter dicit deus homo, et aliter Petrus  
vel martirus. dicit enim deus, vel dei filius ho-  
mo propter susceptionem carnis et anime, que  
susceptus et unis in morte non desijt. Petrus autem  
vel



uel martirus dicitur homo propter unionem car-  
 nis et animae. Christus ergo fuit uerus homo se-  
 cundum magistrum propter unionem diuini-  
 tatis cum anima et carne. Et tamen fuit ue-  
 rumortuus. propter separationem animae a car-  
 ne. et Respondet ad obiecta ad primum si-  
 cut dictum est. et ad 2. cum arguebat q. si  
 fuit homo aut mortalis aut immortalis dicit  
 q. Suiusmodi argumentationes logicae non  
 habent <sup>locum</sup> in materia fidei. quod confirmat per  
 Ambrosium. Si autem querat utrum Chris-  
 tus sit homo ubique est et utrum Christus  
 homo sit ubique? Decendum q. secundum diuini-  
 tatem ubique est. secundum autem carnem  
 fuit in sepulchro. in inferno autem secundum  
 animam. Et utroque fuit homo. q. si circa hoc  
 dubites et obicias q. in sepulchro tantum  
 fuit unitus carni. et in inferno tantum uni-  
 tus animae. ac per consequens non potest dici  
 homo. cum homo consistat ex anima et corpore  
 Respondet q. Christus uerus homo non fuisse  
 nisi carnem et animam assumptis. quae  
 neutrum post q. assumptae a se separauit  
 quamuis ista fuerint aliquando ab invicem  
 separata et diuisa. ad quod faciunt auctori-  
 tates in littera. Unde concludit q. Christus fu-  
 it homo in sepulchro secundum carnem. et  
 in inferno secundum animam. Christus etiam  
 eodem tempore totus et perfectus erat utroque  
 q. uis non totum. uel secundum totum. totus  
 erat q. persona Christi cum esset q. terra non  
 erat maior quando erat unita carni et animae  
 simul







lv. Ioannis Damasceni Job. 28. Ioannis

3. 1. uerit 2. et Anns. 2.

ex qua ~~conclusio~~  
elicit conclusio in  
qua eius sima con  
sistit. quod talis est  
fuit Christus in tri  
bus modis homo  
tamen mortalis  
aut immortalis  
necesse est homo totus  
Christus est in omni  
loco secundum totum  
licet ut deus de celo  
deat uenisse et esse  
ubique.  
in tunc sic  
nuntiari uerum  
nisi non persuadent  
ipse magister  
Christum sub tunc  
ille fuisse sacri.

ex qua tres elucere conclusiones in quibus  
(uel in una trinembrum) ipsius tota sima  
consistit

Prima conclusio. Christus in triduo mortis  
fuit homo. non tamen mortalis aut immor  
talis.

2<sup>a</sup> quoniam iste homo totus Christus  
fuit in omni loco non tamen secundum to  
tum.

3<sup>a</sup> conclusio. ille homo scilicet Christus  
ratione diuinae personae potest dici de celo  
uenisse. et esse ubique.

Dubia Literalia siue textus expos

Alia uerba post initium primi capitis (fidei  
sacramentum a philo sophis argumentis est  
liberum) intelligenda sunt quod per talia ar  
gumenta nec probari nec improbari potest.  
huiusmodi sacramentum.

circa illa uerba ad finem capitis primi (non  
autem sic erat homo ut ex anima et carne si  
mud mundis subsisteret. ex qua ratione dicit  
aliquis alius homo et ipse forte ante mortem  
hoc etiam modo erat homo) ad uerba quae intel  
ligenda sunt maxime inde et ipse forte est  
iuxta tertiam opinionem supra positam qui  
nondum suo tempore erat damnata quae dicit  
bat



bat q, etiam ante mortem Christus erat huc-  
modo Somo

3 circa illa Verba post initium capitis secundi -  
(Quomodo ergo ibi, uel Sic Somo esse dicitur, quod  
erratio dicitur? q, una eademq, urione uni-  
tus erat urioni in inferno. et carni in sepul-  
chro) aduerte q, erat una urio ex parte as-  
sumentis, non ex parte assumptorum. ad  
quod Dominus huc dicit, non q, p,missis lo-  
cutiones sine simpliciter concedendo, sed ut  
ostendat quam causam ueritatis habeant.

4 Contra illa Verba circa finem capitis secundi  
(Lux uere sapientia illuminabat infernum)  
Arguit q, sicut obscuritas repugnat celo  
empyreo, sic luminositas repugnat inferno  
ergo quemadmodum empyreum nunquam  
habet obscurari, ita nec infernus potest illu-  
minari. Item damnati debuerunt care-  
re omni consolatione, et maxime ea que  
consistit in appetitu lucis eterne, ergo cum il-  
la lux corporalis non fuerit, q, sine corpore  
ad inferna descendit, fut, ut sequens q, in in-  
ferno irradiare non potuerit

^  
Sed spiritu-  
alis -  
R, Dicendum q, secus est de irradiatione  
Lucis materialis, et Lucis spiritualis, nam  
irradiatio Lucis materialis immutat uisum  
naturaliter, irradiatio uero Lucis spiritalis  
immutat uoluntatem. Unde nullus ui-  
det eam, nisi cui se ostendit uoluntarie, et  
ideo lux ista diuie splendere in inferno et in-  
fernum illuminasse, q, aliquis de inferno ir-  
radiabat, non tamen omnes, q, neq, omnes



us lebat illuminare, neq; omnes habebant,  
oculos proportionales ad illam. Ad obiectu,  
nem de celo empyres. R<sup>r</sup> q; non est simile,  
quamuis enim sit bonum omnino imperm-  
ixtum malo. non tamen oportet q; si malū  
omnino impermixtum bono. et propterea de-  
cebat deum eos qui erant in tenebris illu-  
minare, non tamen eos, qui erant in lumi-  
ne obscurare.

5  
Contra illa Verba in principio capitis tertij  
(ec uerq; totus eodem tempore erat in infer-  
no. totus in celo. totus ubiq;) Arguit q;  
aut huc quod est totus refert ad naturam  
aut ad personam. ad naturam non, q; Ch-  
ristus secundum totam naturam non erat  
simul in inferno. et in celo. Si ad personā  
adhuc uidet falsum. q; sicut supra distinte  
7. dictum est. persona Christi componit ex  
tribus substantijs, et duabus naturis. et ex  
illa compositio inexplicabilis, ergo si totus  
Christus erat in celo. et in inferno uidet q;  
ille due nature simul essent in celo et in  
inferno. quod falsum est et absurdum. Ad  
tertiam differentiam oportet assignare inter  
hoc signum omne. et hoc signum totum. q;  
by omne distribuitur pro partibus subiectiues  
et totum pro partibus integralibus ergo si Ch-  
ristus non habebat partes integrales nisi se-  
cundum humanam naturam. cum dicitur q;  
totus Christus fuit in celo et in inferno impli-  
cat hoc de Christo secundum naturam huma-  
nam, quod simpliciter est falsum pro tempore  
illo. R<sup>r</sup>



R<sup>o</sup> dicendum q<sup>d</sup> hoc nomen totus aliquando tenet  
 ut signum, aliquando ut adiectivum prout  
 est signum sic distribuitur in aliquas partes  
 ut cum dicitur totus Petrus est albus. secundum  
 q<sup>d</sup> accipit ut nomen adiectivum; sic totum u  
 no modo dicitur idem quod perfectum; alio modo  
 idem quod habens partem et partem. cum ergo  
 dicit magister q<sup>d</sup> Christus erat totus in celo ubi  
 est idem quod perfectus. q<sup>d</sup> persona Christi perfec  
 tissima simul erat in celo. et in terra. et in in  
 fernis. Cum autem obicit q<sup>d</sup> persona illa erat  
 composita. R<sup>o</sup> q<sup>d</sup> nec proprie erat composita. ne  
 q<sup>d</sup> hoc nomen totus accipit ubi collectivum aut  
 distributivum. q<sup>d</sup> non signat collectivum. aut  
 divisivum, sed potius perfectivum. et per hoc  
 patet responsus ad sequens.

6 Contra illa verba post medium capitis tertij (to  
 tus in sepulchro. totus in infernis totus ubiq<sup>ue</sup>. si  
 cut et modo totus est ubiq<sup>ue</sup> est. sed non totus)  
 videtur sequi esse impossibile. q<sup>d</sup> totus et  
 totum idem significant. ergo si totus erat in ce  
 lo et in infernis. necessarium sequitur q<sup>d</sup> totum.  
 Item ubiq<sup>ue</sup> ego sum necesse est me esse totum  
 ergo idem dicendum erit de Christo domino. q<sup>d</sup>  
 ubiq<sup>ue</sup> est aliquid. necesse est esse omne il  
 lud quod naturaliter est in eo. ) R<sup>o</sup> dicendum  
 q<sup>d</sup> sicut magister dicit totus refert ad personam  
 et totum ad naturam. et ratio huius est discre  
 tus sexus importata per genus masculinum  
 et confusus per neutrum. et quoniam perti  
 na. Christi domini secundum se totum ubiq<sup>ue</sup>  
 q<sup>d</sup> erat tota erat, cum <sup>sit</sup> unica et simplicissima.  
 natura vero cum <sup>solum</sup> non sit in Christo simplex. sed  
 composita ut pote divina et ~~humana~~ humana. sed etiam  
 composita ut pote humana. neq<sup>ue</sup> ista possit esse  
 ubiq<sup>ue</sup>



ubiq; ides concedit magister q; totus erat ubiq;  
 sed non totum, q; totus refertur ad diuinitatem  
 totum autem ad diuinitatem, et humanitatem  
 Cum autem dicitur q; totus et totum idem  
 significare. R; q; uerum est quantum est de  
 prima impositione, sed ratione discretionis  
 importatq; per genus consignificatiuam  
 in ratione usus. unum consueuit referri ad  
 personam, et alterum ad naturam. )

Ad illud uero quod secundo arguit quod ubi ego  
 sum necesse est me totum esse. R; q; non est  
 simile, q; in me persona non se extendit ultra  
 naturam. Sic autem non est in Christo domi-  
 no, sicut in precedentibus dictum est.

Contra illa uerba post initium capituli quarti  
 (nemo ascendit in celum, nisi qui de celo des-  
 cendit) Arguit q; cum solus Christus descen-  
 derit de celo, sequat q; solus Christus ascenderit  
 in celum, et nullus alius, quod est hereticum  
 dicere. Item cum dicit descendisse de celo  
 aut hoc dicit secundum naturam diuinam, aut  
 secundum humanam, non secundum diuinam  
 q; secundum illam non mutat locum, neq;  
 secundum humanam, q; secundum illam non  
 fuit in celo.

R; Dicendum, q; ascendere uno modo idem  
 est q; propria uirtute scandere sine adminicu-  
 lo uirtutis aliena, et hoc modo sole Christus conue-  
 nit. Alio modo ascendere idem est quod sursum  
 scandere, et hoc modo conuenit alijs sanctis, in  
 promissa autem auctoritate accipit primus  
 modo, uel aliter ascendere dicitur dupliciter  
 scilicet in celum empyreum, aut in celum tri-  
 nitatis, cum ergo dicit nemo ascendit etc. hoc non  
 dicitur

uel sursum ferri  
 et hoc non est ita  
 prae ascendere)



dicit quantum ad ascensum in empyreum. sed quantum ad ascensum in celum trinitatis. et iste ascensus non est ascensus ad Locum. sed potius ad dignitatem. et qualitatem patris. neque est secundum acquisitionem nisi dignitatis in Christo. sed propter manifestationem eius quod habuit ab æterno. Unde sic dicit descendisse non quia in se fuerit diuinitas minorata sed quia in assumptione humanitatis apparuit minorata. Sic etiam dicit ascendisse. quia in ascensione eius sublimitas est manifestata. Unde iste ascensus et descensus conueniebat diuine personæ secundum diuinam naturam relatae tamen ad humanam.

Et possumus etiam dicere quod prædicta auctoritas intelligitur secundum quod caput et membra sunt una persona. ex quibus patet solutio ad utramque obiectionem. utraq; enim procedit de ascensu et descensu loci.

circum illa verba ad finem capitis quarti. (Ite de corrigia calceamenti domini dicitur sufficiens) queque quid intelligitur per corrigiam et quid per calceamentum et quid per Regem Idumeæ cum addit (ne ossa Regis Idumeæ consumantur usque in cinerem) et quid per ossa eius?

Ad respondendum quod calceamentum est humanitas Christi tegeris patris diuinitatis et Verbum ipsum diuinum quod quasi omnia portat. sicut et corrigia iuxta calceamenti est unio diuinitatis et humanitatis. Rex Idumeæ est Christus ratione nature mortalis assumptæ. iuxta illud quod dicitur in psalmo in Idumæam extendam calceamenti meum. ossa Regis Idumeæ sunt sacramenta

Christi

secundum quam communicauit carni et sanguini. Tu mea enim sanguinea interpretat



ut deus tu extim.  
quat.

quod sumit ex  
Amos. 4.

Subtili occulta et difficiliora ad perscrutandum  
et mysteria humanitatis ipsius, quae non sunt ig-  
ne curiosi studij, usque ad minima inquirenda, quae  
quod est ossa in puluerem redigere, sed summi  
Lentis ueneranda, quasi intellectum exceden-  
tia, et hoc dicit magister non esse faciendum  
quod cum loquimur de Christo quantum ad eius in-  
carnationem, et passionem, uel etiam cogita-  
mus repleti debemus deuotione, nedum tam  
magna et immensa beneficia corde adocogi-  
tamus per elationem inflemur, et per ingra-  
titudinem arescamus, sed sanum consilium quibus  
repuet dicere cum Ioanne, non sum dignus, ut  
soluam corrigiam calceamentorum eius, cre-  
do enim quod, si uis calceamenti alligatura, quan-  
to curiosius, et audacius eam quis soluere uo-  
luerit, tanto arctius constringit, id est sequen-  
do medium finis imponat circa sermonem de Ch-  
risto domino quantum ad incarnationis, et  
passionis mysterium, quod exuperat omnem  
sensum.

De materia huius distinctionis agit diuus Thom.  
3. p. q. 50. ar. 4. et q. 52. ar. 3. et ar. 1. ad 3.,  
et ~~ad~~ q. 53. ar. 2. et q. 51. ar. 4. et q. 55.  
ar. 5. et 6. et q. 57. ar. 1. 2. et 4. et ibidem  
ipsius interpretis.



*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*

*[Faint, illegible handwritten text on the right side of the page, possibly a marginal note or a second column of text.]*







Distinctio Vigesima tertia quae incipit

~ cum uerum supra perhibitum sit etc.  
 Postquam magister in duobus tractatibus precedentibus sui tertij libri egit de Christi domini incarnatione et passione. Incipit in hac distinctio-  
 ne, quae in uerum capitibus continet agere de Virtutibus et  
 donis quibus medijs completive et causali-  
 ter fiat reparatus per Christi passionem. et di-  
 uidit in tres partes principales praeferens distinc-  
 tio, quae de fide est. In quarum prima a princi-  
 pio usque ibi (notandum uero est) ostendit quod  
 id sit fides formaliter. In 2<sup>a</sup> parte usque ibi (si-  
 uero quod) de quibus sit fides. et in 3<sup>a</sup> de-  
 terminat quamdam opinionem, usque ad finem  
 distinctio, quae in epigrammā redacta sic ha-  
 bet

ut apertius explicet an in Christo domino (cum  
 plenitudine gratiarum et caritate quam habu-  
 it) fuerit etiam fides et spes. primum uidere  
 oportet quodnam sit fides. est autem uirtus  
 qua credit quod non uidet. quod intelligendum  
 est de pertinentibus ad Christianam religionem  
 cum autem fides dicit uirtus. uirtus ibi acci-  
 pitur pro habitu. non pro obiecto. quamuis et ipsa  
 obiectum fidei fides appellari soleat ut patet  
 in symbolo. Hic est fides catholica est sed cre-  
 dibilia sunt in rebus ipsis quae creduntur. fides ue-  
 ro quae est habitus existit in mente. quamuis au-  
 tem fides informis sicut et formata sit habitus  
 sola tamen formata est ~~quae~~ quae per dilectionem  
 operatur est uirtus, per quam Christus habitus in me-  
 tibus et est fundamentum uirtutum. Ut autem  
 intelligat aliud membrum definitionis adduc-  
 ta scilicet quae credunt quae non uident ad uer-  
 ten



tendum est qd aliud est credere deum aliud cre-  
 dere deo. et aliud credere in deum. credere enim  
 deum est credere qd ipse est deus, credere deo est cre-  
 dere qd ipse uerum dicit. credere autem in deum est  
 credendo in deum tendere. et ei per amorem inha-  
 rere. primus duobus modis etiam mali immo et  
 digniores credunt et contemiscunt qd habent  
 fidem informem. sed tertio solum boni in quibus  
 est fides formata. An autem in Sabente fidem  
 informem caritate superueniente eadem fi-  
 des marcat et formatur. uel ea depulsa alia suc-  
 cedat primum magis diceretur uidetur. est au-  
 tem confitenda una tantum esse fides. siue ca-  
 ritate fides procreabitur. siue pro Sabitu. siue ete-  
 nim est in uno idem numero, in diuersis autem  
 saltem idem specie uel similitudine. sicut i-  
 dem uolentium dicitur esse una uoluntas. quam-  
 uis autem ea que credimus aperte non uideam-  
 us qd fides est de non uisus ut ait apostolus  
 de sperandis et non apparentibus credere ta-  
 men nos intellectualiter cognoscimus ut ex  
 Augustino deducit ~~nec tamen quis uidet si~~  
~~non uidet~~. uidet uero fides ipsa non uisione  
 corporali. nec imaginaria. sed intellectuali  
 et certissima <sup>scientia</sup> cognitione. nec tamen per hanc  
 cognitionem aut fidem uident ea que credun-  
 t. qd ea que uident non Sabent fidem. sed ag-  
 nitionem. quod per auctoritatem Gregorii et  
 Augustini declarat. et iuxta hanc dicit aposto-  
 lus ad hebreos. ii. q. fides est substantia rerum  
 sperandarum. argumentum non apparentium  
 qd ea que speramus subsistunt in nobis s. s.

quod est donum  
 dei. qd fides est  
 qualitas mentium  
 et donum dei dici  
 potest qd etiam  
 in malis sunt  
 aliqua dona dei  
 qd unum est quod  
 credere precipimus

a. quous in corde  
 suo

q. uis si  
 curdus  
 etiam  
 et possit

Sunt



Sum per fidem. sed in futuro subsistent per ex-  
 perientiam. est autem argumentum non ap-  
 parentium, quia quae credunt non aliter pro-  
 bantur quam per fidem. Assignata autem fidei  
 definitio aliquatenus potest per accommodationem  
 quae in alijs differant fides et spes. vel illa de-  
 scriptio dicenda est soli fidei convenire, quae est  
 fundamentum omnium virtutum excepta  
 caritate, de qua magister dicit quod est spiritus  
 sanctus in quo non crederet ut diximus in primo  
 libro. Actus ergo fidei procedit actum spei et  
 caritatis. et sic de littera distinctio. quam  
 magister latius prosequitur adductis precipue au-  
 thoritatibus. Augustini in psalmi. 77. in enchi-  
 ridion. ec. 3. lib. de trinitate et de fide ad Petrum.  
 et de verbis domini. ad galat. 5. ephess. 4. 1.  
 corint. 13. 1. corint. 3. Joann. 20. 5. 6. 11.  
 opte. Ambrosij super epistolam ad Romanos et  
 Gregorij Smodij super Ezechielem.

Roman. 12. August  
 lib. 2. 99. evangelic  
 c. 39. Jacobi. 2

ex qua tres eliciuntur conclusiones vel tria tri-  
 membra in quibus tota ipsius summa consistit.  
 Prima conclusio fides est de non visis et ad sa-  
 lucem pertinentibus.  
 2<sup>a</sup> Licet fides sic de his quae non apparent et  
 excedunt naturalem cognitionem. tamen quod  
 sic in rebus possumus videre per rationem et  
 intellectualem.  
 3<sup>a</sup> quamvis inter fidem et spem sit aliqua  
 convenientia inter ipsas tamen est maior diffe-  
 rentia.

ex his conclusionibus  
 elicitur conclusio in  
 qua eius summa con-  
 sistit. quae talis est  
 Fides est necessaria  
 de non visis. et  
 esse in rebus intel-  
 lectualiter percipi-  
 mus; quae magis  
 differt quam conveniat  
 cum spe.  
 videlicet sic  
 quod quod ad gratiam  
 spectat de necessitate salu-  
 tis  
 hoc si oculi nequeant  
 videre aliam fidem.



Dubia Literalia siue textus expositio  
 contra illam fidei definitionem in principis  
 capitis secundi. (fides est virtus qua creduntur  
 que non videntur) Arguit. qz Boetius. 2o de  
 trinitate. Thomam qz vidistime credidisti. ex quo est  
 tot qz Thomas credidit vera fide et tamen  
 vidit. ergo assignata definitio non convenit o  
 mni fidei universaliter. Item quare iuxta  
 hoc de diversitate notificationum seu definiti  
 onum ipsius fidei. que a diversis doctoribus assi  
 gnant. videt enim qz minus recte. qz cum uni  
 us rei unum sit esse. et definitio sit oratio in  
 dicans quid est esse rei videt qz fidei unica tantu  
 debeat assignari definitio. queque ergo pe  
 nes quid. et quomodo differenter assignantur

Et dicendum qz virtus fidei secundum  
 multipliciter potest considerari potest diversi  
 modo defini vel notificari. Considerat enim  
 fides quantum ad genus proprium. et sic defi  
 nit ab Augustino. fides est virtus qua credun  
 t. que non videntur. Considerat secundo quan  
 tum ad finem ultimum. Et sic definit ab Apos  
 tolo fides est substantia sperandarum rerum  
 argumentum non apparentium. et hec defi  
 nitio explanat a Damasceno in libro suo fi  
 des est eorum que sperant Symplicius. re  
 redarguit que non videntur. Considerat tertio  
 quantum ad obiectum et principium motuum



Et sic definitur ab Augustino ad Constantium fides  
 est illuminatio mentis ad summam veritatem.  
 Considerat etiam quantum ad actum proprium  
 et sic definitur a Damasceno. fides <sup>est</sup> non ~~est~~ inquisi-  
 situs consensus circa primam veritatem. vel  
 secundum alios affirmative inquisitus consen-  
 sus quod in diversis translationibus utrumque re-  
 peritur. et utrumque vere dici potest. et quamvis vi-  
 deantur dicere oppositum. tamen tamen explanat  
 alteram. cum enim dicitur fides consensus in-  
 quisitus hoc est dicere consensus non inquisitus et  
 tunc tenet privatim. et tantum valet quantum  
 assensus non inquisitus. hoc est assensus qui quis  
 libere assentit veritati non imitens alicuius arti-  
 onis. Considerat etiam in ordine ad subiectum et  
 sic definitur a Dionysio. lib. de divinis nominibus. fides  
 est unicum credentium fundamentum eos velle  
 carere veritati. Considerat etiam in comparatio-  
 ne ad alios habitus quantum ad assentiendi mo-  
 dum. et sic definitur ab Hugone lib. de sacramen-  
 tis. fides est certitudo quaedam de rebus absen-  
 tibus supra opinionem et infra scientiam cons-  
 tituta.

Ex his patet quod fides potest et debet di-  
 versimode verificari. aut defini secundum qua-  
 bec diversimode considerari videlicet in com-  
 paratione ad genus proprium. ad finem ultimum  
 ad obiectum. ad actum proprium. ad subiectum  
 et ad habitum disparatum. Ad primam ergo  
 obiectivam. R. q. Thomas aliud vidit scilicet  
 humanitatem. et aliud credit scilicet divinita-  
 tem. sed de hoc infra solet inquiri cum agitur de  
 obiecto fidei ~



Contra illa verba in principio capituli tertij (accipi-  
 tur autem fides tribus modis scilicet pro eo quod  
 creditur et ex virtute et pro eo quod creditur et non est  
 virtus et pro eo quod creditur quod aliud est ab eo quod  
 creditur) Arguit de insufficientia divisionis fidei  
 videmus enim fidem aliquando accipi pro ipsa  
 conscientia secundum illud Roman. 14. omne  
 quod non est ex fide peccatum est. et hoc accepto  
 non continetur sub aliquo predictorum trium. quæ  
 re ergo circa hoc quæritur modus fides accipiatur?  
 et R. q. fides invenitur accipi decem modis a  
 aliquando enim accipitur pro sponsione. 1. Timor  
 5. primam fidem vitam fecerunt. Secundo ac-  
 cipitur pro fidelitate. Hierem. 7. perijt fides et  
 sanctus de terra. Aliquando pro conscientia  
 Roman. 14. omne quod non est ex fide peccatum  
 est. quarto pro sacramento fidei. ut dicit Aug-  
 ustinus ad Bonifacium dum dicit non est ali-  
 uid populus habere fidem q. fidei sacramentum  
 quinto pro assensu conclusionis per rationem  
 probatam secundum q. dicit Boetius argumentum  
 est ratio rei dicitur fieri fidem. Sexto pro cog-  
 nitione comprehensivis, secundum illud Ro-  
 man. 1. Instructa dei reculat ex fide glossa in  
 fidem sui. quæ dicit fides q. fidentissima eccen-  
 tissima est. septimo pro habitu fidei informis.  
 Jacobi. 2. fides sine operibus mortua est. octa-  
 vo pro habitu fidei formata Roman. 1. iustus  
 ex fide vivit. non pro actu ipsius fidei et sic di-  
 cit Augustinus fides est credere quod non videtur  
 decimo accipitur pro obiecto ipsius fidei et sic di-  
 cit Athanasius hæc est fides catholica de omni



bus autem his modis contingit dici fidem secundum quamdam analogiam pro eo quod in omnibus reperitur quaedam ratio assensus credulitatis quaedam licet non uniformiter. De his autem decem modis magister tantum tres assumpsit. et illi sunt qui faciunt ad suam propositam principalem. videlicet ad praemissa & descriptivam explanationem.

3 Contra illa verba in principio capituli quarti (aliud est enim credere in deum. deo. et deum) dicitur brevis si enim Sabitus distinguit per alios videtur quod non sit unius fidei omnia ista facere sed diversarum quod falsum est. quia in una fide actus credendi exercerimus. Item videtur quod male definit credere in deum dicendo quod est credendo a mare est. credere enim et amare sunt actus disparati. ac proinde unus per alterum descriptivus debet. Item videtur inculcatio verborum cum dicitur credendo amare. credendo in eum ire. credendo incorporari. idem enim videntur illa omnia verba significare.

R<sup>r</sup> quod dicit magister et aliud et aliud est sine alius et alius modus credendi credere in deum. deum. et deo. et isti quidem actus possunt ad diversos Sabitus pertinere. possunt etiam pertinere ad eundem quoniam non sunt sic diversi quin habeant inter se ordinem ad invicem. Nam credere deum respicit divinam veritatem ut obiectum. credere deo ut motum credere in deum ut ultimum finem. et isti tres ordines circa eundem Sabitum reperiri possunt et quoniam fides non perfecte tendit in deum



tanq̄ in finem ultimum nisi prout est iuncta  
 charitati. ideo actus credendi in deum definit  
 per actum amandi non tanq̄ per actum pro-  
 prium. sed tanq̄ per actum annexum. ac uterū  
 q̄ quadruplex genus actus annexum est ipsi fi-  
 dei secundum q̄ iungit charitati. secundum  
 quadruplicem comparationem. id est quattuor po-  
 nit in eius notificatione. fides enim prout est iū-  
 ta charitati ordinat ad amandum deum ad fa-  
 ciendum bonum. ad fugiendum malum. et ad  
 diligendum proximum. et iuxta hęc quattuor  
 quattuor ponunt actus in assignata definitione  
 aut notificatione. videlicet credendo amare qu-  
 antum ad effectum. credendo ire quantum ad  
 bonum opus. credendo ei adfigere quantum ad  
 tolerantiam malis. credendo incorporari mem-  
 bus quantum ad delectationem proximi. et ex  
 his patet Responsio ad illa quę quęrebantur  
 Contra illa verba post initium capituli septimi  
 (fides enim suam videt quis q̄ in corde suo) 4  
 Arguit. virtutes sunt ad invicem annexę. et  
 ergo si quis scire se habere fidem ex consequenti e-  
 triam scit se habere charitatem. cuius contra-  
 rium ostensum fuit in lib. 1. distinct. 17. Item  
 si fides videt et certissime cognoscit quę senti-  
 aliter est in anima. cum charitas se gratia  
 essentialiter sent in anima. cur non cognoscere  
 certissime ab his a quibus possidetur. Ac pro-  
 inde iuxta de quęre de modis visionis. quę as-  
 signat Augustinus in littera. videt enim illa di-  
 visio esse superflua cum super genesim ad hee-  
 ram. lib. 12. et glossa. 2. corint. 12. non distan-  
 quant nisi tria genera visionum. R.



quis sciat

R<sup>o</sup> q<sup>o</sup> secundum verba Augustini fides essentia  
 liter existens in anima cognoscit per suam essen-  
 tiam. et communiter omnes tenent. De Charita-  
 te autem quidam dicunt, quod videtur essentia  
 liter. et sic homo se habere Charitatem sed non  
 ut. Vt tuum perveniret. dicunt enim sic esse gene-  
 raliter verum, q<sup>o</sup> de omnibus quibus sunt essenti-  
 aliter in anima sciat anima certam scientiam  
 q<sup>o</sup> cognoscit ea per eorum essentiam, sicut scit Sa-  
 biter gratia. sicut Charitatis. sicut alterius virtu-  
 tis. Sed hoc Responsum contrariatur ipsi argu-  
 menti experientia. multa enim sunt in re-  
 bus, quae non sciantur. et multa animae sunt de-  
 formis, quae suas deformitates mirime rive-  
 runt. et multa sunt in rebus, quae non patent  
 Ac proinde dicendum non est q<sup>o</sup> omnia quae sunt  
 in anima essentialiter tenentur visum et cog-  
 nitum certa. Et de Charitate et gratia scilicet  
 est manifestum, q<sup>o</sup> pauci vel nulli sunt qui  
 sciant certitudinaliter se esse ingratis. Et hoc  
 patet ita esse si inquirat a viris sanctis et bo-  
 nis. Ideo aliter Responderit alij q<sup>o</sup> dupliciter  
 scit aliquid scilicet scientia notitia. et scientia  
 discretivis. secundumq<sup>o</sup> tradit ab Augustino.  
 Lib. de Trinitate. q<sup>o</sup> aliquid est rem noscere, aliud co-  
 gitare, et discernere. Dicunt ergo q<sup>o</sup> omnia quae  
 essentialiter sunt in anima certissime sunt  
 scientia notitia. quia quid enim scientia dicit Au-  
 gustinus q<sup>o</sup> anima non potest se ipsam ignorare.  
 et sic cognoscit tam fides q<sup>o</sup> Charitas q<sup>o</sup> etiam  
 alia. Sed si de scientia discretivis loquamur.  
 sic non est verum pro eo q<sup>o</sup> ea quae essentialiter sunt  
 in anima. et si scientia notitia cognoscantur, tamen  
 ab



ab alijs non semper discernunt sicut dicit Aug  
ustinus. unde ipsa anima q, et si non possit se  
ipsam non nosse. nescit tamen aliquando se  
ab alijs discernere. sicut patet de illis, qui potue  
runt animam esse corpus, vel aquam, vel igne.  
et hoc modo non sabet quis virtutem de carita  
te, que est in se, nec de gratia gratum faciente  
q, nescit eam discernere a dono gratie gratis da  
ta propter ipsius mentis obnubilationem ex  
presentiam in involuione.

Sed neq, adhuc istud sufficit q, non solum cog  
noscat quis sabet fidem ipsam sabet non scienti  
a virtutis, sed etiam discretionis et cognitionis. dis  
cernit enim ipsum ab alijs sabetibus virtutum  
et propterea. aliter. Dicendum q, cognitio q,  
anima cognoscat illud, quod sabet in se est cog  
nitio cuiusdam experientie. per hoc enim cognos  
cit aliquis se sabet fidem dum ad se ipsam in  
tersum ingrediens experit. Verum sic prompte  
ad credendum, et sic de alijs sabetibus virtutum  
et alijs omnibus, que latent in se, quonia  
ergo anima non potest sabet experientiam nisi  
si deo quod est in potentate sua et ideo deo qui  
respicit altum animae cum experientia dicitur  
alicuius potentie. Hinc est q, quando aliqua sunt  
in anima, itaq, reddunt eius potentiam sabilem  
ad aliquod opus, vel circumstante alium operi in  
teriori talia possunt cognosci ab ipsa anima cer  
titudinaliter. Unde si quis est sabilis ad aliquod  
opus certissime se novit sabet illum sabet  
sicut fidelis sabet in credendo, et amans sabet  
amandi, et sic de ceteris, quando vero aliqua sunt



in anima. q. ipsa principaliter non respiciunt usus  
 alienius potentie sicut character. vel sicut de  
 formitas culpa preterita. vel que sunt supra  
 essentiam ipsius anime. sicut gratia in quantum  
 reddit acceptum deo. et charitas similiter. q. a  
 talibus non potest anima habere experientiam  
 nec potest habere certam notitiam. Deo cum  
 dicitur. q. illa que sunt essentialiter in anima cer  
 titudinaliter cognoscuntur. Scilicet intelligitur de illis  
 de quibus potest sumere anima certum experimen  
 tum. De his autem de quibus non potest illud su  
 mere nisi per coniecturam non cognoscit nisi  
 ueluturam. et quoniam de fide secundum q. red  
 dit habitum ad credendum certissima potest ha  
 beri experientia. secundum autem q. suam cre  
 dere ipse deo acceptum certa experientia haberi.  
 non potest. sed solum coniectura. Hinc est q. fides  
 quantum ad habitum substratum certissime  
 uidetur ab anima; in quantum autem est forma  
 ta non cognoscit <sup>nisi</sup> per coniecturam, nec ut de alijs  
 composita.

Et per hoc patet Responsio ad illud quod obicitur  
 de charitate et gratia. Ad illud autem quod que  
 re de sufficientia illorum modorum. Dicendum  
 q. modus uidendi possunt dupliciter distingui uel  
 a parte uirtutis cognoscentis. cum illa sit triplex  
 scilicet sensitiva exterior, imaginativa. et in  
 tellectiva. Sic triplex distinguit uisus. scilicet cor  
 poralis, imaginativa. et intellectualis. Si autem  
 a parte medij. tunc sex sunt differentie quarum  
 sufficientia patet sic. Omne enim quod uidetur ab  
 anima. aut uidetur per sui essentiam. aut per sui spe  
 ciem



cum. aut videtur per remaliarn ab ipsa simplici  
 ter differente. si per sui essentiam videtur. Sic est  
 unus modus qui ponitur sexto loco. si per sui speciem  
 hoc potest esse tripliciter nam illa species aut est  
 omnino concreta materque aut abstracta. aut  
 partim concreta partim abstracta. concreta est  
 prout apprehenditur a sensu exteriori. Sic est ubi  
 aliqua abstractis simpliciter abstracta prout ap  
 prehenditur ab intellectu. modo modo prout ap  
 prehenditur ab imaginatione. et sic sunt tres pri  
 mi modi. Si autem res cognoscatur per rem ab  
 ipsa differentem hoc potest contingere dupliciter  
 aut quod comparatur ad ipsam sub ratione simili  
 aut in ratione effectus. et sic duo sunt modi scilicet  
 tertius quartus et quintus. Et si obiciatur quod aliquid  
 potest comparari ad alterum in ratione dispa  
 rati. vel in ratione contrarij. Dicendum quod  
 disparatum nec contrarium facit cognoscere  
 aliquid nisi in quantum inveniunt aliquem mo  
 dum in ratione similis. Unde qui cognoscit quod  
 album est gregat. per consequens cognoscit. quod  
 quod est gregat. quod similiter se habet oppositum  
 ad oppositum. sicut propositum ad propositum.  
 Consequentem circa illa verba post initiationem  
 per septimum. (nisi enim corpora quae quidem sunt  
 prout oculis. et ipsorum imagines quas memo  
 ria tenemus etiam absentia cogitamus etc.) no  
 tandum quod sic Augustinus experimentalis cog  
 nitivem. quam quis habet de fide sua separat  
 a quattuor generibus visionum scilicet a visio  
 ne exteriori. per hoc quod dicit sicut corpora. et  
 a visione imaginationis. quae ex ipsa relinquitur  
 in hoc quod dicit. Et per ipsorum imaginationem  
 et



De visione imaginatiua que ex diuersis imagi-  
nibus rerum uisuum format aliquam rem  
nunquam uisam ex hoc quod dicitur (non uisum eam  
que non uidemus. et a uisione intellectuali es-  
rum que sunt extraneas. per hoc quod dicitur (sicut  
sicut hominem)

6 Contra illa uerba post initium capituli octauo  
canonicum eius (quod si quis de eis dubitauerit perfidi-  
dem probent ut ad hoc probat futura resurrectio)  
Arguitur quod hoc uidetur potius ad oppositum quam ad  
propositum. Si enim probat istud quod creditur  
per auctoritatem patrum. tunc uidetur quod fides  
non sit argumentum. immo potius conclusio  
ergo si fides est argumentum. uidetur quod negaretur  
et dicitur quod resurrectio probat perfidem patrum.  
Item si locus ab auctoritate est incertissimus  
sed fides trahit fundamentum a loco ab auctori-  
tate ergo fides erit incertissima.

quod ita credide-  
runt patriarche  
et alij sancti

Respondeo dicendum quod secundum aliquos uerba ma-  
gistri intelligi possunt de fide acquisita ex insp-  
ctione scripturarum. non autem de illa que  
est inspirata. et que numeratur inter spiritualia  
charismata. Sed hoc non satisfacet. quod magister  
hoc dicit ad exponendum illam definitiorem  
quam apostolus assignat. et consistat quod apostolus  
loquitur de fide formata. et propterea dicendum  
est aliter secundum quod magister dicit illud.  
quod creditur per fidem per ipsam fidem probatur  
ipsum enim quod creditur probatur per auctoritates  
auctoritas autem nullius est efficacie in proban-  
do nisi per fidem. et ita tota firmitas argumenti  
ad fidem redit. Unde si aliquis querat. Utrum sit  
futura resurrectio probatur quod sic. per auctoritates et  
ergo







trium. nunqu illas generet. sed qd eas fouet et nu-  
 trit. ut perueniant ad statum perfectum /

Ad 2. obiectum. Pr qd fides ibi non accipi-  
 e pro fide uirtute. uel eius actu. sed pro illa  
 quod fidei successit. scilicet pro ipsa beatissima  
 uisione

ex paulo  
 uitate glori  
 4

De materia istius distinctionis agit diuus Tho.  
 1. 2. q. 49 ar. 4. et Caiet. eadem. q. ar. 3.  
 multa. et d. Thom. q. 66. et eadem. 1. 2. q.  
 4. ar. 5. 6. et septimo et octauo. et. q. 5. de  
 subiecto fidei. et ibi eius interpretes.















paratus est iumentis est. ergo q. fides sic de non //  
 uitis potius reddit illam vituperabilem q. Lau-  
 dabilem. Item si in hoc consistit laus fidei. q. ea  
 credimus quae non uidentur. cum in gloria nihil  
 credat quod non uideat. sequitur q. sic laudabilis  
 fides in uia. q. gloria in patria. quod dicere est  
 absurdum. Item si in hoc consistit laus fidei.  
 q. credit quod non uideat ergo qui stulte credit  
 laudandus est.

¶ Dicendum q. priuatio uisionis fauit ad Lau-  
 dem credulitatis, praesupposita tamen rectitudi-  
 ne in ipsa credulitate. Et hoc ex duplici causa  
 primo propter captiuitatem et humiliatorem  
 intellectus. quae admodum est laudanda. quoniam  
 admodum superbia intellectus est vituperandig-  
 na. Secundo q. talis credulitas est a ~~non~~ uo-  
 luntate. non ab aliqua necessitate. nullus e-  
 rit enim esq. credere quod non uideat <sup>et</sup> q. laus et vi-  
 tuperium consistunt circa opera uoluntaria. idem  
 Augustinus dicit. q. laus fidei est credere quod non  
 uideat non propter priuatiorem uisionis tan-  
 tiorem. sed propter positorem humilitatis. et li-  
 bertatis. Humilitatis ex parte intellectus. et liber-  
 tatis ex parte uoluntatis. et ex his patet solutio  
 ad primam obiectionem. Ad secundam de glo-  
 ria similiter. Et quae Augustinus non loquitur  
 de quacumq. laude. sed de laude meriti. Et hoc laus  
 est in statu uig. non in statu patis. et circa alij  
 usq. non circa alij patis. Patet etiam ad ter-  
 tiam obiectionem. q. illud non intelligit de qua-  
 cumq. credulitate. sed de recta et uera. non de fal-  
 sa et stulta.

Cum in illis uerbis circa finem primi capitis dicit

¶ Cuius



Quae tamen non proprie dicitur fides sed ueritas  
scilicet in futurum non sic intelligat quati  
fides a ueritate distinguat, et fides ueritatem  
non habeat. sed intelligit de ueritate mani  
festa quae fidei succedit

contra illa uerba ad finem capitis primi Cuius  
fide uerborum transeat iustus infidem rerum  
Arguitur quod nunc etiam non credimus tantum  
uerbis. quoniam cum apud diuersas gentes  
sint diuersa uerba esse diuersas fides in fidei  
bus. R<sup>o</sup> tamen quod ueridicis esse fides uerborum  
ut eorum in quae credat. sed quia quae creduntur  
a nobis per uerba proponuntur insufficienter no  
bis res creditas ostendentia.

contra illa uerba ~~longe~~ in principio capitis  
secundi. (Cum fides sit ex auditu. non modo  
exteriori sed etiam interiori est) Arguitur  
quod cum sensus uisus plurimas rerum differē  
tias nobis ostendat. et uerbis sit. uideatur  
quod magis fides debeat esse ex uisu quam ex audi  
tu. Item fides Apostolorum fuit ex uisu  
ita sicut ex auditu. ergo si omnis fides sub  
sequentiū derivata fuit a fide Apostolorum  
magis debet dici esse ex uisu quam ex auditu.  
Item cum fides sit habitus infusus uideatur  
quod nullo modo habeat esse ex auditu.

R<sup>o</sup> Dicendum quod sicut dicit Philosophus  
dupliciter contingit aliquid scire scilicet  
per inuentiōnem. et per doctrinam. et sensus  
uisus maxime deseruit illi modo sciendi  
qui est per inuentiōnem. sensus uero auditus  
illi modo. qui est per doctrinam. quoniam ex  
quo ea. quae fidei sciuntur. non cognoscimus  
per

3  
4  
post in  
um ca  
tis ter



per inuentionem. sed magis per doctrinam, per doctrinam inquam non solum per uerba  
 ueris loquentis per aurem corporis sed etiam  
 spiritus sancti loquentis per aurem cordis. id  
 in littera dicit, q. fides non tantum est ex  
 auditu exteriori, sed etiam ex auditu interi-  
 ori. Et quamuis Apostolus multa didicerunt  
 uidentes Christum dominum: multi tamen  
 plura didicerunt audiendo ipsum, qui lo-  
 quebatur exteriori, et qui loquebatur interi-  
 us per spiritum sanctum. Et per hoc patet  
 Responsu ad primam et secundam obiectio-  
 nem. Ad illud uero quod dicit fidei esse  
 per infusionem. et non per auditum. R. q.  
 fides quantum ad suum formale per infusio-  
 nem est et non per auditum. sed quantum  
 ad materiale uidelicet quod ad notitiam il-  
 lam. qua cognoscit quod est quod per uerba  
 dicitur est per auditum. itaq. unum est per au-  
 ditum cordis. et aliud per auditum corporis.  
 et idem generaliter dicit Apostolus fidei esse  
 auditu esse magis principaliter ratione au-  
 ditus interioris, q. exterioris. Et sic dicit Gre-  
 gorius q. in uanum laborat seruus predica-  
 tus nisi adsit illustratio doctus interioris  
 5. contra illa uerba circa medium capitis ter-  
 tij (alia sunt inquit que nisi intelligamus  
 non credimus, alia que nisi credamus non in-  
 telligimus) dubitatur et primo uidetur q. ista di-  
 uisio sit insufficientis, quoniam ipse Augustinus  
 in originali addit tertium membrum. uidelicet  
 cec. q. quaedam sunt que credunt. et nunq. in-  
 telli



telligunt. ergo uideor magister insufficien-  
ter ponere diuisionem credibilem. Item ui-  
deor implicare falsum, quod quaedam sunt, quae  
prius creduntur quam intelligantur. si enim crede-  
re est cogitare cum assertione uel assensu.  
et cogitare est intelligere. sequitur quod omne  
credere precedat intelligere. si dicas quod Augustinus  
loquitur de intellectu qui immitte rationi. tunc  
arguitur quod quaedam sunt, quae prius intelligen-  
tur quam credantur. quod immitte Isai. 7. secundum  
aliam translationem. nisi credideritis non in-  
telligatis. ergo illud intelligere semper sequit  
ipsum credere.

Ac proximo iuxta hoc etiam quae sunt quaedam  
sunt illa credibilia de quibus dicit Augustinus  
quod creduntur, et nunquam intelliguntur praecipue cum  
uideamus quod omnia credibilia per rationes  
satis probabiles affirmantur.

R. Dicendum quod intelligere sumit triplici-  
ter secundum quod magister immitte in littera.  
uno modo intelligere dicitur large nosse quod.  
est quod dicitur per nomen. et istud intelligere  
semper precedit assensum fidei. neque aliquid de-  
dit quin prius uerbo modo intelligatur. Alio mo-  
do intelligere est ratione propria cogitare et  
iuxta hoc dicit Augustinus quod intelligimus  
debemus rationi. quod credimus auctoritati  
et de hoc intelligit Augustinus cum ait quod quae-  
dam prius creduntur et postea intelliguntur. sicut  
sunt articuli fidei. quae sunt supra rationem.  
quaedam autem sunt, quae non prius creduntur  
quam intelligantur. sicut sunt ea. quae sunt antee-  
cedentia ad fidem. et quae sunt de dictamine ratio-  
nis



nis naturalis uel iuris naturalis sicut est deum esse. et deum esse bonum. quaedam sunt quae creduntur, et nunquam intelliguntur quod non possunt ratione probari. Sicut est historia gesta summa referens. nemo enim potest per rationem probare, quod Abraham genuerit Isaac. sed solum per auctoritatem. et sic patet quod intelligere aliquid quando procedit fidem aliquando sequitur secundum hunc modum accipiendi: quatenus secundum primum semper procedat.

Et ex his patet Responsio ad omnia quaesita. quod quod primo obicitur de insufficientia diuisio nis non concludit. magister enim hic non intendit diuidere credibilia, sed ostendit quomodo fides et intellectus circa idem possunt comparari et qualiter circa idem habeant ordinari.

Ad 2. similiter patet procedit enim de intelligere secundum quod primo modo accipit. et ad ultimum etiam patet solutio.

6 circa illa verba ad medium capituli tertij (cum fides sit ex auditu praedicationis) dubitat quid dicitur interior a visu non differt. sed R<sup>r</sup> quod dicitur quod dicitur in intellectu per similitudinem, unde proprie de illis rebus intellectus visu habet quia cum formae se ei offerunt, sed auditus de illis quae non uidet. Alia quae non sunt intelligimus sicut principia naturaliter cognita, alia quae non credimus, sicut ea quae supra rationem sunt. et accipit sic credere pro omni assensu, nisi aliquid intelligat scilicet quod significet per nomen.

7 Contra illa verba post medium capituli tertij (quid est deum scire, nisi cum mente conspiciere) Arguitur  
 q<sup>d</sup>



quod autem loquitur de conspectu mentis qui est per  
speciem, aut de eo qui est per speculum interig  
mata. si de eo qui est per speculum videt falsum  
quod hoc non est scire, sed potius credere. si de eo  
qui est per speciem similiter et hoc videt fal  
sum, quod tunc non sciret deus, nisi in patria  
Damasceus autem dicit quod cognitio exteriori  
deum omnibus est incerta. Item dicit Aug  
ustinus. unde dicitur de civitate dei quod quid quid  
scit scientis comprehensibile finit, ergo si deus  
nullo modo scientis comprehensibile finit  
nullo modo videt posse sciri. Item Dionysius  
dicit super illud in psalms. deus posuit  
tenebras latibulum suum, ergo videt impos  
sibile deum mente conspiciere. // //

De dicendum quod Augustinus sic loquitur de  
cognitione experimentalis quam quis habet  
de deo, sive in patria sive in via. in patria  
quidem perfecte, sed in via imperfecte, nec tamen  
tamen habet nisi a mundo corde. unde hoc  
scientia sapientia est, quod seorsum habet iunctu  
saporem, et per hanc illuminat intellectus  
et stabilis affectus, et providet quod deum suum  
non est aliud quam mente conspiciere, firmius  
quod percipere.

Ad illud quod obicitur quod non potest intelli  
gi nec cognitione nec nec patrie. dicendum  
quod immo cognitione nec intelligi potest, sed cog  
nitio sua multos habet gradus, cognoscitur  
enim deus in vestigio, cognoscitur in imagine, cog  
noscitur in effectu gratie, et cognoscitur etiam per  
intimam unionem dei et anime, iuxta quod dicit



Apostolus, qui ad hunc deo unus spiritus est cum  
 illo. et hęc est cognitio excellentissima, quā  
 docet Dionysius, quę quidem est in extractis am-  
 re. et elevat supra cognitionem fidei secundū  
 statum communem. Et de hac intelligit hęc  
 Augustinus et magister. / Ad secundam  
 objectionem. R<sup>r</sup> q. Augustinus definit ubi scire  
 secundum q. compatitur deo. et debet quid quid scit  
 scit scientia comprehensionis, q. totam rem ple-  
 ne cognoscit. Scilicet autem modo non scit deus a  
 nobis / Ad 3.<sup>a</sup> ex Dionysio patet similiter  
 responsio, q. non vult dicere, q. deus comprehensio  
 in via in claritate sua essentię. sed q. comprehendi  
 ē in effectu gratię, et experientia sinceritatis suę  
 per ipsam unionem

De materia istius distinctionis agit dicitur Tho-  
 2. 2. q. 1. ar. 1. 2.<sup>o</sup> et 4. et q. 2. ar. 10.  
 et ubi eius interpretes.











Distinctio Vigessima quinta  
 que incipit. Prædictis adijctendum est,  
 Postq̄ magister in præcedenti egit de fide in  
 comparatione ad ea que credunt. In presen  
 ti distinctione que quinq; capitulis continet  
 e. agit de ea in comparatione ad credentes. et  
 hoc quo ad quantitatem fidei in ipsis credenti  
 bus. et dividit in tres partes principales. in  
 quarum prima usq; ubi (Cultus etiam non  
 est) agit de quantitate fidei extensiva. In  
 2<sup>a</sup> usq; ubi (Sinceritas) agit de quantitate  
 fidei intensiva. In 3<sup>a</sup> parte exponit quædam  
 verba Apostoli. que fuerunt cuiusdam dubi  
 tationis causa multum. et hoc usq; ad finem  
 distinctionis. que in epistolam ad Galatas  
 habet.

omni tempore mundi fides hominum ad salutem  
 fuit necessaria. nec sufficiebat credere deum  
 esse. et in se sperantium remunerationem fore  
 ut ait Apostolus hebræorum. 11. sed et mediato  
 ris fidem habere oportuit. que tamen fides ar  
 ticularum distincta cognitione, credentium  
 constantia. et devotione crevisse probat. que et  
 de veteris testamenti hominibus intelligi de  
 bent. quorum nullus sine fide mediatoris sal  
 vatus poterat. saltem postq̄ genus humanum

verbi gratia Abrahæ  
 et moysi alijsq; eius  
 modi. unde Job bonus  
 (ait) id est melius in  
 cultu arabum. et asi  
 nique id est simplices pas  
 cebant iuxta eos

fuit ergo mediatoris  
 fides in antiquis et  
 in nobis est eorum in  
 posterum iuxta quod  
 gregorius super ezechielem exponit illud Evangelij et qui præbant. et  
 qui sequebantur clamabant Ostanafelus dauid

corruptum fuit per peccatum primorum pare  
 tum. quamvis quod nos credimus factum. illi  
 crederent fieridum. Verum tamen simplices  
 implicite hoc credebant. in fide maiorum  
 quibus hoc expressius erat revelatum. sicut  
 et modo. maiores ea expressius credere oportet.  
 credi autem tunc secundum quosdam expressite  
 opa







Gregorij super ezeci. 2. 1. corint. 13. 3  
reg. 17. et 1. Timot. 1. et 2. / marci. 11. / et Roman. 10

ex quatuor membris  
elicit conclusio in  
qua eius summa con  
sistit. que talis est  
credere fides arti  
quorum processu  
temporis ~~explicite~~  
sicut et eorum cog  
nitio / Virtutes  
theologicę pro statu  
suis sunt æquales  
sicut intentione //  
Charitas autem ab  
lo des est sicut fidem

ex qua tres eliciunt conclusiones ut supra  
trinembris in quibus tota ipsius summa  
sistit. Prima conclusio tripliciter cre  
ditur fides patrum antiquorum. sicut et cognitio  
dei secundum processum temporum.  
2<sup>a</sup> virtutes theologicę pro statu huiusmodi  
æquales sunt intentione // // // // -  
3<sup>a</sup> Charitas que a solo deo infunditur sicut  
non causatur a fide et spe post eas est et quodam  
modo ex eis oritur.

sequitur et sperni quatuor  
explicite virtutes bonorum  
virtute sic  
quis quis ad quod there  
as sedes considerat us  
Hunc mediato  
us inque aperta fi  
des

Dubia literaria sive textus expositio  
contra illa verba post initium primi capituli  
fides quippe magna dicitur cognitione et arti  
culorum quantitate. vel constantia et deus  
trone) Arguit. et primo quod hic videtur esse su  
perfluitas magister enim Hugo non ponit nisi  
tantum duo. in quibus attendit fidei profectum  
videlicet cognitionem et affectionem. magister  
vero hic ponit quattuor. ergo vel iste est super  
fluitas. vel ille diminutio. Item eadem fide  
qua credit unus articulus. creditur et reliquis  
ergo non est ducenda fides magna ab articulis  
quantitate

Respondeo dicendum quod fides habet duplicem magni  
tudinem. Alteram per comparationem ad obiectum  
et hoc attendit in articulo quantum quantita  
te. Vocatur autem sic articulo quantum quantitas  
sicut articulo quantum dignitas. articuli enim sunt  
non de quacumque veritate. sed de veritate summa  
et penes hoc. quantitas fidei æqualis est secundum  
71



Diversitatem temporum. equalis etiam est qua-  
 tum ad pluralitatem articulozum. secundum  
 illud quod in eis est principale nimirum qua-  
 tum ad ipsam primam veritatem. quantum  
 vero ad compositum bene posset concedi quod  
 articulus est dignior alio ~~et~~ illi qui sunt de  
 divinitate sunt digniores, q̄ qui sunt de humani-  
 tate. Habet etiam magnitudinem per com-  
 parationem ad subiectum. q̄ fides respicit subiec-  
 tum secundum triplicem modum, videlicet secun-  
 dum potentiam intellectivam, et secundum po-  
 tentiam affectivam. Et secundum potentiam in-  
 terpretativam. Et secundum hęc attendit mag-  
 nitudō fidei secundum triplicem modum, per  
 comparationem enim ad intellectivam dicitur  
 magna cognitione. per comparationem ad affec-  
 tivam dicitur magna devotione. <sup>et</sup> per comparatis-  
 nem ad affectivam dicitur magna constantia.  
 tunc enim fides constans est quando aliquis li-  
 bere confitetur quod credit, et sine patet prodesto-  
 rum quatuor numerus et sufficientia.

Aliiter potest dici et magis secundum intentio-  
 nem magistri. q̄ cum fides respiciat intellectum  
 et affectum, prout supra dictum est magnitudo fi-  
 dei sumit tam ex parte sui, q̄ ex parte illius  
 ex parte autem intellectus dupliciter potest atte-  
 di maior magnitudo. aut q̄ clarius cognoscit ip-  
 sum creditum. aut q̄ cognoscit ipsum in pluri-  
 bus, sive distinctius. primo modo dicitur fides magna  
 cognitione. Secundo articulozum quantitate, q̄  
 articulos videt melius distinguere. Similiter ex  
 parte affectus dupliciter attendit magnitudo. aut  
 q̄ firmius adhaeret. aut q̄ intensius primo modo  
 dicitur

interpretativam



dicit esse magna constantia. Secundo modo dicit  
 magna devotione. et sic ista quattuor reducuntur  
 ad illa duo. que magister Hugo posuit. et per hanc  
 parte Responsis ad obiecta. et patet similiter.  
 quoniam est aliqua contrarietas. neque superfluitas  
 contra illa verba circa medium capituli secundi <sup>2</sup>  
 (Sicut in ecclesia aliqui minus capaces sunt.  
 qui articulos symboli distinguere et assignare  
 non valent) Arguitur quod modo non sufficit ad sa-  
 lucem. ut etiam explicite mysterium in carna-  
 tionis credat. R. quod non est similitudo quantum  
 ad omnia. sed quantum ad quendam de articu-  
 lis quod nesciunt eos distinguere quod vis explicite  
 cognoscant illud. quod in articulis continetur.  
 tenent autem explicite illos articulos scire  
 de quibus ecclesia solemnizat. et facit continua-  
 mentionem. sicut de trinitate. <sup>3</sup>

contra illa verba post medium secundi capituli  
 credunt enim. que ignorant habentes fidem  
 velatam mysterio) Arguitur quod videtur esse con-  
 traria dictis scilicet quod fides non est de ignorantibus.  
 Sed R. quod sicut simpliciter credit. ita simpliciter  
 cognoscit. dicit autem ignorari. quod nescit  
 explicite <sup>4</sup>

Contra illa verba post initium capituli tertij (quod  
 quidam videtur quod sufficeret illis quattuor tan-  
 tum credere scilicet nativitatem. mortem. re-  
 surrectionem. et aduentum ad iudicium) Ar-  
 guitur. quod isti articuli non erant minus ignoti  
 quod alij. ergo non videtur quod magis tenerent illi  
 cognoscere quod alios. quare ergo quare ista ma-  
 gis debebant credere de mediatore quod alia? <sup>1</sup>  
 R.



R. q. ista principaliter debebat habere fides illorum  
 quibus imitebatur tanquam magis operativa  
 seu opportuna. nam plerumque quidem credebatur  
 tanquam ipsius fidei mediatoris fundamentum  
 scilicet natiuitatem. Secundum uero mirum  
 passionem ut prouocaret ad amorem. Tertium  
 nempe resurrectionem ut subleuaret ad spem  
 quartum denique uelut aduentum ad iudici-  
 um ut gubernaret per timorem. Et quomni-  
 bus erat necessarium ad salutem recte credere  
 amare. sperare. et timere. id oportuit quat-  
 tuor predictos articulos credere explicito ut  
 alij qui imitebantur credendo simpliciter possent  
 saluari.

vel aliter quod nullus poterat merito suo libera-  
 ri a contagione. uel obligatione peccati origi-  
 nalis oportuit quod crederent se per meritum Chri-  
 sti domini posse saluari. et per satis factorem  
 ipsius. In merito autem isto est quattuor con-  
 siderare scilicet personam satisfaciendam, mo-  
 dum satisfaciendi, premium eius. et premia-  
 di modum. Quantum ad personam oportebat  
 credere natiuitatem. quantum ad modum satis-  
 faciendi oportebat credere passionem. quantum  
 ad premium oportebat credere resurrectionem  
 et quantum ad modum oportebat credere adue-  
 tum ad iudicium.

3 circa illa uerba ad medium capituli tertij (qui de  
 Ioanne Baptista documentum suum res assumit  
 qui de morte Christi. et descensu ad inferos dubitat  
 se uidet in euangelio secundum expositionem  
 Gregorij) dubitat et arguit quod mors Christi et  
 eius descensus ad inferos sunt articuli fidei ergo  
 si



Si Ioannes de illis dubitavit fuit infidelis,  
 hoc autem asserere est omnino falsum, cum  
 videmus ipsum a Christo domino in evangelio  
 tanto pere commendari, ergo minime dubitavit  
 Item Ioannes Christus perhibuit testimonium,  
 et ipsum alijs manifestavit, ergo non dubita-  
 vit eum misse discipulis suis ad Christum  
 ecclesie est quod dicit Augustinus super. 11. Ioa-  
 nis. Ioannes quidem a spiritu sancto didicerat  
 quid quid audierat, qui ceteris predicaverat  
 qui et omnium perhibuerat, qui in lumbis  
 viderat, quare sic quere si ignorat quomodo  
 testis fuit Ioannes, cum autem signa divulga-  
 ret, modo post mortem suscitatos, cum iam om-  
 nibus quibus viderat, nunquid est tibi non  
 Absit. / Si dixeris quod non dubitavit, sed ad ma-  
 dum dubitans se habuit, contra hoc est veritas  
 Ambrosij super lucam ubi sic ait. Ioan-  
 nes non dei filium, sed non ad inferos descen-  
 sum. Item Luc. 7. aut glossa propterea pingu-  
 itates quem venturum predictavit, non mirum  
 credidisse, et hoc idem dicit Gregorius in quadam  
 homilia et tangit in litera.

At q. sancti doctores in hac questione dissentire  
 vident, nam quidam innuunt Ioannem du-  
 bitasse. Alij vero non, et ex hac contrarietate  
 quidam Hæretici sumptuerunt occasionem et  
 rarij dicentes Ioannem damnatum fuisse, quod  
 infide dubitavit, ab hoc autem omnino discor-  
 dat textus evangelicus in quo maxime lauda-  
 tur Ioannes, discipulare et omnes doctores catholi-  
 ci, et universalis ecclesia que Ioannem non  
 solum sanctum sed et sanctissimum proclamant  
 et



et eius natiuitatem et deulationem solemnij  
 rat. id est quamuis sancti doctores uideantur  
 dissentire. idem tamen sentiunt secundum re  
 Ad quod animaduertendum est. q. est triplex  
 modus dubitandi. est enim quaedam dubita  
 tio proueniens ex infidelitate. sicut dubita  
 uerunt iudgi. et est dubitatio proueniens ex  
 tarditate. sicut dubitauerunt discipuli. quibz  
 dicit Luc. 6. o stulti et tardi corde ad credendum.  
 et est dubitatio proueniens ex pietate. sicut cum  
 aliquis ex compassione et admiratione magna  
 ad modum dubitantis se habet. Dicendum ergo  
 est q. primo et secundo genere dubitationis Jo  
 annes nulli pacto dubitauit dubitauerunt ta  
 men discipuli eius et sic intelligendi sunt sanc  
 ti qui dicunt eum non dubitasse. sed dubita  
 tionem discipulorum consuluisse. id est q. eos non  
 sic ad Christum ut uidentes mirabilia que fa  
 ciebat conuerterent ad ipsum. si autem loqu  
 mur de tertio genere dubitationis sic dixerunt  
 alij sancti Joannem dubitasse. non dubitatio  
 ne uacillationis sed quadam potius admira  
 tione et compassione. que facit hominem se  
 habere per modum dubitantis. Et iuxta hoc in  
 telligenda est glossa Luc. 7. et Matth. 11. non  
 fide sed pietate dubitauerunt. ex quo constat q. in  
 ter auctoritates premissas nulla est omnino  
 repugnantia.

6 circa illa uerba in principio capitis quarti (Solent  
 etiam quesi de Cornelio utrum fidei in carna  
 tionis Sabuerit) sciendum q. Cornelius Sabebat fi  
 dem explicitam de mysterio incarnationis, q. uis  
 ei



ei ad salutem sufficere fides implicita de ipso  
 sed non habebat fidem distinctam de tempore in  
 carnationis. et ideo quod iam tunc incipere esse ne  
 cessarium ad salutem missus est ad eum In-  
 trandum Petrus.

Contra illa verba in principio capituli quinti  
 fides, spes, charitas et operatio secundum aliq-  
 uod equalia sunt in presenti. Arguitur quod  
 quod aliquem habere habitus virtutum, et tamen  
 non operationem, ergo operatio non equat habi-  
 tibus. Item. 1. vult. 13. dicit si habueris fidem  
 ut autem nonnes transferam charitatem autem  
 non habueris nihil est. ergo videtur quod quis possit  
 habere magnam fidem sine ulla omnino cha-  
 ritate.

Respondeo quod illa quattuor equalia sunt secundum  
 illud quod dicit Apocal. 21. quod latera civitatis  
 erant equalia ibi enim latera significant fi-  
 dem, spem, charitatem, et operationem. de mo-  
 do autem equalitatis virtutum agitur fusi-  
 us infra distinctione. 36. ad presens autem suffici-  
 at dicere quod hec quattuor sunt equalia quan-  
 tum ad rationem merendi quando sunt in-  
 formata gratia. tantum enim ipsa charitas est me-  
 ritoria in suo actu quantum et fides in iure et  
 eodem nomine. Similiter tantum meret opera-  
 tio procedens ab habitu quantum placet ipse ha-  
 bitus, quod enim una est gratia gratum faciens que  
 facit animam deo placere per habitus et opera-  
 tiones. Hinc est quod ista quattuor necesse est esse  
 equalia secundum dictam acceptationem, ac ex-  
 consequenti, secundum merendi efficaciam.  
 Ad id autem quod dicitur habitus esse sine opera-  
 tionibus. Respondeo quod hic non assimilatur equalitas habitu-  
 um



um ad operationem in omnibus sed in illis quibus  
 habent habitus eorum operationibus ab ipsis egre-  
 dientibus. et praeterea non intelligit de opera-  
 tionibus exterioribus. sed de interioribus quae  
 consistunt in usu et motu liberi arbitrij. et ut  
 se quidem usus bonitatem habet iuxta mensu-  
 ram habitus virtutis gratitatis. illa enim est quae  
 precipue habentem perficit et opus eius bonum  
 reddit. Cum autem obicitur quod magna fides potest  
 haberi sine charitate. Pro quo Augustinus ibi loqui-  
 tur de fide infirmi. Sicut autem magistri debet in-  
 telligi de fide formata

possimus etiam dicere cum dicitur Thomas hic quod  
 operationem in littera intelligunt virtutes re-  
 gulariter in opere exteriori sicut sunt virtutes  
 cardinales. quae etiam habent actus interiores  
 secundum quos oportet istam aequalitatem atten-  
 dere. vel si loquitur de operibus exterioribus atten-  
 denda est aequalitas quantum ad confirmationem  
 operis. magis quam secundum quantitatem  
 actus. quod interdum aliquis ex maiori charitate fa-  
 cit opera ex suo genere minora quam alius maiora  
 circa illa verba prope medium capituli quinti.  
 Charitas est mater omnium virtutum quae  
 non ideo post fidem et spem ponitur quod ex eis oritur  
 dubitatur quod in actibus. 1. Abraham genuit Isaac  
 Isaac Iacob. id est fides spem et spes charitatem  
 Sed de hoc intelligitur quantum ad actus non quan-  
 tum ad habitus. cum autem dicitur in littera cir-  
 ca finem quinti capituli quod fides et spes charitatem  
 omnium bonorum materiam non precedunt causa  
 vel tempore. intelligendum est secundum quod fides  
 et spes sunt virtus.  
 de materia istius distinctionis agit dominus Thomas



2. 2. q. 2. ar. 5. 6. 7. et 8. et q. 1. ar. 9. et  
Caecilius q. 4. ar. 5. et diuus Thom q. 6. ar. 1.  
ad 1. et ibi eius interpretat)

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



*[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely a medieval manuscript. The text is arranged in several columns and appears to be a continuation of a larger work.]*

*[Faint handwritten text in a cursive script, possibly a marginal note or a separate entry. The text is difficult to decipher due to fading.]*

*[Faint handwritten text in a cursive script, possibly a marginal note or a separate entry. The text is difficult to decipher due to fading.]*



## Distinctio Vigesima sexta quae

incipit est ad hanc sp[irit]ales virtus. etc.

Postq[ue] magister in precedenti[em] e[ss]e de fide in  
 hac distinctio[n]e quae tribus capitulis continet  
 incipit agere de spe. et dividit in tres partes prin-  
 cipales. In quarum prima a principio distric-  
 tionis usq[ue] ibi (Certe spes) ostendit quid sit.  
 In 2<sup>a</sup> usq[ue] ibi (post hoc superest) de quo sit.  
 In 3<sup>a</sup> parte inquit an in Christo domino fue-  
 rit spes et hinc usq[ue] ad finem distinctio[n]is quae  
 in ep[isto]lam redacta sic habet.

~~Spes~~ in quantum virtus spiritalia et eterna  
 pro bona. ac propterea est quae spiritalia et e-  
 terna bona cum fiducia expectant. vel est cer-  
 ta expectatio futurae beatitudinis ex dei gratia  
 et meritis precedentibus proveniens. dicit ve-  
 ro meritis precedentibus non ipsam spem sed re-  
 speratam. nam sine meritis eam sperare non  
 spes sed presumptio est. et hinc cum fide conve-  
 nit quod est de invisibilib[us] de quibus tamen fi-  
 des est ut non visis. ~~Spes~~ autem ut non habetis  
 in quo differunt. sicut et in hoc quod fides indiffe-  
 renter est de bonis et malis. presentibus. prete-  
 ritis. et futuris. de suis. ac alienis. spes vero  
 de bonis tantum. et futuris. ac ad se pertinen-  
 tibus. Porro in Christo domino etiam probuit  
 utq[ue] statu neutra haerens cum clarissime  
 deum videret. et bona eterna comprehenderet  
 quae <sup>etiam</sup> et ratione nec sunt in angelis neq[ue] in Sa-  
 nctis aut animabus beatis. Christus autem  
 de quo illud psalmi intelligi potest in te domi-  
 ne speravi) quaedam sperasse et credidisse dicit  
 quod firmiter eis assensit. At patres in ly[m]bo eas  
 ut

A quamvis sancti  
 credant et sperent  
 resurrectionem futuram  
 et angelis eam credant  
 venit enim eis quod  
 perfectum est et non  
 cognoscunt in enig-  
 ma sed per speciem



Virtutes Sabebant, quousque deum non uiderunt  
 et hęc de Litera distinctionis quam Magister  
 Latinus prosequit adductis auctoritatibus p̄cipue  
 Rom. 8. Ioan. 7. psalm. 30. Augustini in en  
 chiridion. et. 1. uolunt. 13.

ex qua tres eliciunt conclusiones (scilicet unati  
 membris) in quibus ipsius signa tota consistit  
 Prima conclusio. spes uirtus dupliciter de  
 finit.

2<sup>a</sup> spes quemadmodum et fides est de rebus  
 non uisibilibus.

3<sup>a</sup> conclusio Christus in hac uita cum omnia  
 clare uideret fide et sperauit.

ex qua ~~trium conclusionum~~  
 elicit conclusio in  
 qua eius signa con  
 sistit. que talis est  
 spes dupliciter de  
 finitur / et est uirtus  
 et fides de rebus uisibilibus  
 ac prout e reuera  
 finit in Christo  
 metrices sic

Dubia Literalia siue textus expositio

1<sup>o</sup>

contra illa uerba in initio primi capitis (est  
 autem spes uirtus qua spiritualia et eterna  
 bona sperant) Arguitur. sic bonum eternum est  
 unum solum. ergo male dicit pluraliter qua  
 bona eterna sperant. Item nullum eternum  
 est temporale. sed omne futurum est tempora  
 le. ergo cum per spem expectent futura bona  
 (sicut dicitur in alia definitione) non possunt per  
 eam expectari eterna. Prout etiam nullum tempo  
 rale est eternum. ergo superfluit quod addit spi  
 ritualia. propter hoc queritur  
 que sit differentia inter illa duo membra scili  
 cet inter spiritualia bona et eterna. et R<sup>o</sup> q  
 spes definitur sic per comparationem ad obiectum  
 proprium. obiectum autem ipsius spei est ipsum  
 bonum eternum et gloriosum. hoc autem est du  
 plex scilicet creatum. et increatum. et respectu u  
 triusque est spes principaliter tamen respectu boni  
 in

spes sacra et fidem  
 comitari passibus  
 equis  
 quam de rebus uisibilibus  
 rebus Sabere soles



increati et secundum hoc dupliciter potest in-  
 telligi predicta definitio. et si intelligat de bo-  
 no increato tunc per diu expectare eterna  
 na, que quidem quantum est in se currunt si-  
 ne principio et fine. Si autem intelligat de bo-  
 no creato, tunc diu expectare bona eterna id  
 est perpetua. Vtriusque tamen modo pluraliter  
 dicitur expectare bona eterna, non quia pluraliter  
 bona summa, sed quia bonum eternum, quod est  
 ipsa immanens bonitas omnia bona excellit per  
 sui eminentiam. Et bonum perpetuum quod  
 est beatitudo creata omnia bona comprehendit  
 diu per equipollentiam. ideo pluraliter dicitur  
 eterna, non propter eternitatis multitudinem  
 sed propter boni expectati omnimodam plenu-  
 ditatem. Illud ergo quod est eternum, est unum  
 tantum sed eius eternitas participat quantum  
 ad multa bona in beatis, scilicet quantum ad di-  
 uersas dotas. et hinc participaciones dicuntur bona  
 eterna, non quia careant principio, sed quia carent  
 fine. uel referendum est ad pluralitatem at-  
 tributuum. et ex his patet solutio ad primam  
 Ad secundam obiectiorem de bono futuro. Re-  
 spondetur quod nihil impedit aliquod bonum esse eternum  
 in se, et temporaliter ab aliquo haberi in pre-  
 mio. Et sic est in mercede que expectatur per  
 spem, quia eterna est in se, et tamen futura est ex-  
 pectanti quia ad eam mundum peruenit.  
 Ad illud autem quod queritur que differentia sit in-  
 ter illa duo membra? Respondetur quod primum mem-  
 brum explicat per secundum, quod ibi ponitur uel  
 sensus spiritualia, id est eterna, uel potest dici quod  
 per hanc differentiam spiritualia distinguuntur  
 ab



ab affectione naturalibus. per hoc autem quod dicit  
 eterna distinguit a virtute cardinalibus. et tangit  
 et propriam rationem spei. que est in bonum sub ratione  
 eterna. vel possumus dicere q. per hoc quod dicit  
 et spiritualia tangit obiectum generale quod ha-  
 bet rationem materialis. secundumq. consuevit  
 dici. q. spes que dicitur est uenia. quaedam est gratia  
 et quaedam gloria. per hoc autem q. dicit eterna  
 tangit obiectum proprium et formale, siue moti-  
 uum est posuit ergo utrumq. ut quasi gradatim  
 ad obiectum proprium spei pertinet. q. est de bono  
 spirituali. nec de quolibet sed de eterno. quod est  
 deus. spiritualia autem dicit etiam propter dotas  
 corporis que corporalia sunt et quodammodo eter-  
 na in quantum in perpetuum durabunt.

¶ Contra illam definitionem secundam spei post  
 initium eiusdem primi capituli (est etiam spes cer-  
 ta expectatio futurę beatitudinis ex dei gratia pro-  
 ueniens et ex meritis precedentibus.) Arguitur q. se-  
 cundum Philosophum peccat qui definit quod  
 est in motu. per id quod est in quiete. et e converso  
 sed expectare est quiescere. sperare uero est quodam  
 modo tendere in rem speratam ergo male definit  
 per expectationem. Item omnis notificatio aut  
 definitio debet dari per propria. sed beatitudo gra-  
 tia et merita sunt ceteris uirtutibus communia.  
 ergo inuenienter spes definit per illa.  
 queque igitur cum unius rei una sit natura et uni-  
 ca definitio. quo modo spe distinguitur a ceteris de-  
 finitionibus que solent de spe assignari. et R.  
 q. spes est nomen affectionis. et est nomen virtutis  
 secundumq. dicit affectionem definit a philo-  
 sopho dicens q. spes est suspensio futuri boni. Secun-  
 dum uero quod est nomen virtutis et nominat habi-  
 tum



tum. sic debet notificari et defini per suum aliu  
 alius autem ille dupliciter potest considerari vel  
 ad obiectum tantum et sic procedit illa definitio  
 magistri spes est virtus qua spiritualia et eterna  
 bona sperantur. vel ad obiectum vel ad principiu  
 et sic procedit illa Raymonis spes est terra expec  
 tatus futurę beatitudinis proveniens ex gratia et  
 merito. vel ad obiectum et habitum perambulū  
 et sic est illa Augustini de civitate dei. spes est vir  
 tus qua quis se ad illud quod credit perventurū  
 persequitur. Aliter autem potest assignari distin  
 ctio inter istas tres definitiones. q. prima sit for  
 malis data per genus et differentias. secunda cau  
 salis data per actum et causam. Tertia vero  
 partim causaliter partim formaliter. q. datur  
 per obiectum spei. et aliam perambulam virtutē  
 scilicet fidem que tangit in verbo credendi.  
 Ad primam ergo obiectivam R. q. quavis ex  
 pectatum sit quies corporis. tamen est quędam  
 sollicitudo mentis. qui enim expectat adventū  
 desiderat expectat. expectatio vero secundum q.  
 ponit in definitione spei non est expectatio corpo  
 ralis. sed magis mentalis. que est quędam ima  
 ginatio. et potentia respectu finis assequendi.  
 Ad 2. obiectivam R. q. illa virtus pro  
 ut in dicta definitione ponunt sunt appropri  
 ata. nam beatitudo appropriat spei ratione  
 ultimę dotis. qua quidem est perfecta terra  
 correspondens ipsi spei et caratione. qua nomine  
 beatitudinis intelligimus bonum excellens et  
 indeficiens. Similiter merita et gratia eidem  
 appropriant prout coniunguntur simul. gratia  
 enim respicit dei benignitatem. et misericordi  
 am. merita vero dei equitatem et iustitiam. quę  
 namque virtus spei proprie est utriusque respice  
 re



re, ut liberet a desperatione et presumptio-  
ne que solummodo alterum intuentur ideo  
conuenit ipsi spei. quod autem dicit ueni-  
ens ex gratia et meritis. meritis inquam  
precedentibus uel in proposito scilicet in radi-  
ce uel usu sicut in precedentibus ostensum  
fuit

3 circa illa verba ad finem capitis primi (quã  
natura prout charitas) aduertit q. sunt intel-  
ligenda de spe secundum q. est uirtus. quod nō  
habet nisi secundum q. est informata charita-  
te uel natura prout sicut perfectum imperfec-  
to prius est natura. tempore posterius

4 Contra illa verba in principio capitis secundi  
(et sicut fides, ita et spes est de inuisibilibus)  
Arguit. q. si fides et spes comunicant in obiecto  
ergo sunt eadem uirtus. Item in tempo-  
ralibus ut habere potest quis sperare pecuniã  
quam uidet. q. pecuniã quam non uidet.  
ergo pari ratione in spiritualibus. ac peris  
sequens spes non debet dici esse de inuisibilibus  
Item spes respicit ipsum affectum, uisibile au-  
tem. et inuisibile respicit intellectum, ergo  
si obiectum et habitus respiciunt eam tempo-  
rentiam male dicitur spes esse inuisibilis.

R. Dicendum q. in eternis bonis perfecte  
uiuere est uiuere sicut dicit Augustinus  
propter quod dicit Iohannis. 17. Hec est uita q.  
terna, ut cognoscant te solum deum uerum  
et q. ideo respectu eorumdem spiritualium bono-  
rum, nō uideri, et nō habere se mutuo  
comitari. In omni enim spes est de non habi-  
tis q. nemo sperat illud, quod habet, sed illud quod  
habendum est in respectu eternorum bonorum  
nō



non autem in corpore  
rationalibus.

non habitum est non visum. Hinc est quod  
magister dicit quod sicut fides est de invisibili-  
bus ita et spes. et hinc est differentia quod fides  
est de invisibilibus secundum quod sunt invi-  
sibilia. spes autem de invisibilibus secun-  
dum quod sunt non habitata sed habitanda. Et  
ex his patet responsio ad obiecta. Ad primam  
enim. Rr quod non communicant in obiecto sub  
eadem ratione. Ad 2. Rr quod in temporalibus  
bene potest quis sperare quod videt quod vi-  
dere temporalia non est illa habitare. vel dicitur  
dum quod fides dicit esse de invisibilibus inquan-  
tum est de futuris pecunia vero quamvis  
videatur in se (cum sperat) non videtur ut pos-  
sessa et hoc modo spes in ipsam tendit. Ad  
3. Rr quod ~~invisibilibus~~ invisibilibus  
prece intellectum sub ratione invisibilis  
nihilominus tamen potest respicere affectum  
sub ratione non habitati.

Contra illa verba ad finem capituli secundi  
Spes autem non nisi bonarum rerum est. nec  
nisi futurarum, et ad eum pertinentiam qui  
earum spem gerere pertinet. Arguit. Pri-  
mo ratione primi membri quod dicitur poeta.  
Sunc ego si potui tantum sperare dolorem  
ergo spes est malarum etiam rerum. Item  
sicut quis expetat propriam exaltationem  
ita expetat adversarii sui confusionem. et  
ergo sicut expetat bonum suum. ita expetat  
potest malum alienum. Tertio obicitur  
tra secundum membrum quod dicitur non nisi  
futurarum quod beatitudo non est futura nec  
habitanda a presentibus, ergo si spes non est nisi rerum  
futurarum nullus presentibus habet spem. Ar



Arguit contra tertium membrum quo  
 dicitur ad eum pertinentium, quod successus  
 dicitur nos autem sperabamus, quod ipse esset  
 redempturus <sup>est</sup>. Similiter ergo contingit  
 sperare bonum commune, ac per consequens  
 non tantum spes est respectu boni proprii sed  
 et alieni. 5. Arguit quod Augustinus dicit  
 quod de nemine desperandum est dum est in via  
 successus in hac vita, sed de quo contingit desperare  
 et sperare contingit ergo videtur quod de alio, si  
 vel alieno contingit sperare. 6. Fides et cha-  
 ritas possunt esse non tantummodo de bonis  
 propriis, sed et de communibus sive alienis  
 ergo similiter et spes poterit de eisdem esse.

Et quod spes secundum quod accipitur proprie proprie  
 secundum virtute est respectu futuri, respectu futuri  
 boni, et respectu futuri boni proprii, respectu  
 futuri in quantum distinguitur a gaudio et do-  
 lore et convenit cum amore, quod illae duae affec-  
 tiones sunt respectu presentium, istae autem  
 duae respectu futurorum. Respectu boni est in  
 quantum distinguitur a timore, quod timor est res-  
 pectu disconvenientis spes autem respectu con-  
 convenientis. Respectu boni proprii est in quan-  
 tum non solum distinguitur ab aliis affectioni-  
 bus, sed etiam in quantum distinguitur ab aliis  
 virtutibus, ut pote a credulitate fidei, quod  
 ipsa enim spes procedit ex gratia et merito, et  
 quoniam meritum non assecurat de beati-  
 tudine, nisi eum qui meretur quod unicuique reti-  
 buatur secundum merita sua. Hinc est quod per  
 virtutem spei nemo sperat nisi sibi, et secundum  
 hoc patet quod illa differentia, quam assignat Augu-  
 stinus inter fidem et spem recte et convenienter



assignat. Sumit enim spes proprie pro ip-  
 sa virtute. Si autem accipiat spes commu-  
 niter pro ipsa suspensione. sic potest esse non  
 tantum boni sed etiam mali. Et sic accipit  
 poeta. Et per hoc patet solutio ad primam  
 objectionem. ille enim est extensus et im-  
 proprius modus accipiendi ipsam spem. Si  
 uero spes dicat minus communiter de qua  
 cumque expectatione boni. sic potest esse ex-  
 pectatio non solum proprii boni. sed etiam  
 communis. et sic sumit Lucius ultimus. et  
 traam ab Augustino. et ex hoc soluit ille  
 duo auctoritates. prout autem accipit pro-  
 prie pro ipsa spe. que est expectatio ueniens  
 ex gratia et merito. sic non est nisi respectu  
 proprii boni. quod nemo reddit securus de salu-  
 te nisi per merita propria. id est non est si-  
 mile de fide et caritate. et ex hoc patet  
 responsio ad ultimam objectionem. Ad  
 hoc uero quod obicit de prescitis. R. q. futu-  
 rum dicit dupliciter scilicet. uel quantum  
 ad euentum. uel quantum ad ordinem. qu-  
 antum ad euentum dicit futurum. quod e-  
 uenit. quantum ad ordinem dicit futurum  
 quod est ordinatum ad ueniendum. uel  
 futurum dicit euentum simpliciter non re-  
 spectu expectationis. et hoc ultimo modo dicit  
 spes esse futurum. argumentum autem  
 procedit prout accipit primo modo unde non  
 concludit. // // //  
 uel pro solutione omnium argumentorum. quod  
 in idem redit. Notandum quod dicit Thomas hic  
 q. spes est uel de realiqua sicut dicit spes bea-  
 titudinem. et sic non est nisi de per se ad  
 se



se. uel est de eventu rei sicut dicimus spe  
 ro q. hoc eveniat. et sic est de illis quibz ad  
 alios pertinet de hoc tamen eventu non  
 est spes nisi in quantum estimat ut bonum  
 speranti. et inde est q. q. invidus uel odiosus  
 malum alterius estimat bonum suum dici  
 e illud sperare. Præcitus autem quam  
 uis non sit habiturus uitam æternam in rei  
 ueritate. et ita ei non sit futura, est tamen  
 ei futura quantum ad suam estimationem  
 alias enim non speraret. Et iterum in  
 quantum est in ordine diuine largitatis, et  
 possibilitatis istius. uel ad recipiendum gr  
 tiam, uel merendum, sicut dicit illud fu  
 turum ad cuius eventum sunt causæ ordi  
 natæ in natura, quamuis nunq. eveniat  
 secundum q. dicit Philosophus. 2. de gener.  
 q. futurus quis incedere non incedet

6 Contra illa uerba post initium capitis tertij  
 (quibusdam non indolte uidetur fidem uir  
 tutem, et spem in eo scilicet Christo domino  
 inuississe) Argue contra primum q. in  
 psalms illud. in te domine speraui. glossa  
 exponit de persona Christi domini. ergo in  
 eo fuit spes. Deinde q. Christus fuit simul  
 uia et comprehensor. et in quantum uia  
 tor deficiebat sibi sola corporis. ergo si fuit  
 perfectus uia et perfectus comprehen  
 sor habuit omnia dona gratiarum et omnes  
 virtutes que respiciunt statum uig. Item  
 argue contra secundum, de sanctis iam bea  
 tificatis, qui leg. Apocalyp. 6. ~~parados~~ dictum  
 est q. expectarent adhuc modicum tempus et



go si spes est expectatio etiam est in beatis -  
 Preterea animae beatae in patria expectant sus-  
 rum corporum glorificationem quae est quae-  
 dam pars beatitudinis, resumendo enim cor-  
 pora perfectius contemplabunt. qz sicut ait  
 Augustinus animae propter desiderium sus-  
 rum corporum retardant ne omnino feras-  
 t in summum coelum. Preterea Arguit con-  
 tra tertium quod uidetur quod etiam angeli sciant  
 spem, dicit enim. i. Petri. i. in quem deside-  
 rant angeli prospicere sed desiderium est non  
 sciant ergo cum de eodem possit esse spes de  
 quo est desiderium sequitur quod angeli sperent  
 Preterea angelis accrescet decor quidam et  
 gloria de gloria et beatitudine nostra. sed hoc  
 expectant et nondum sciant ergo sciant  
 spem.

R. nihilominus cum magistro. qz re-  
 qz Christus dominus. neqz animae beatae. neqz an-  
 geli proprie loquendo sciant spem. ratio autem  
 huius est. qz spes est expectatio premij substa-  
 tialis. proinde autem omnes sciant et frui-  
 t. premij substantialis. ac per consequens ca-  
 rent spe proprie dicta. Alia etiam ratio est  
 qz spes habet annexam fidem. fides autem  
 est uisus enigmatica. et cum claritas diuini-  
 uisionis non admittat aliquod enigma ex-  
 cludit fidem. et excludendo fidem euacuat si-  
 militer spem. et ob hanc duplicem rationem  
 sicut multipliciter dicitur in littera nec Christus  
 dominus. neqz animae beatae. neqz angeli sciant  
 spem.

Obiectiones autem in oppositum facile  
 soluantur. potest enim admitti in propositis spes  
 Lar



Sargo modo accepta pro quacumque expectati-  
one v. deliciae sole secundae. et aliquid gaudij  
accidentalis et sic non est inconueniens qd  
admittat in Christis. angelis. et animabus bea-  
tis. Inuare autem spes virtus non sit nisi  
respectu premij substantialis. et quare euacue-  
t in beatis dicit infra.

Ad illud quod specialiter obicit de desiderio  
R. q. non est simile de desiderio et spe. q. spes  
est respectu non habiti. sed desiderium potest  
esse respectu habiti ut continueat et tollatur  
fastidium. et sic est in beatis animabus et an-  
gelis. quod uero adducit de psalms consue-  
uit intelligi de Christo domino ratione mem-  
brorum

7  
Contra illa uerba circa finem capituli tertij (de  
antiquis uero patribus qui apud inferos usqz  
ad passionem tenebant. non in uinque dici  
potest q. fidem. et spem uirtutem habuerunt)  
Arguit. q. spes comitit se statui uia. sed illi  
non erant in uia ergo non habebant spem  
Item spes dat homini ad hoc ut mereat. sed  
illi non erant in statu merendi. ergo carebant  
spe. Juxta hoc igitur quod dicitur de animabus  
que sunt in purgatorio non habent spem.  
et uidet q. sic q. adhuc non habent apertam  
uisionem per speciem. ergo non est spes euacu-  
ata in eis.

Sed contra hoc est quod sunt certi de sua salute  
et q. omnino damnari non possunt. ac ex con-  
sequenti non indigent fulcimentis spei.  
propter quod quod dicitur utrum d. q. mones habent  
spem aliquo modo. uidet enim q. sic q. dicitur Job.  
40 de Vehemotis. ecce spes eius frustrabitur. ergo habet  
spem



Spem. Sed contra est q. sciunt peccatum suum  
esse inremediabile. ergo omnino desperare ne  
dum habebunt spem. Et Augustinus dicit de  
diabolo. et ad cumulum damnationis sue des-  
perabit.

Rr Dixerunt q. spes non tollit nisi per sub-  
sequens premium. et per contrarium habitum  
et sanctorum in lybis. et animas in purgatorio  
neq. exant assecuti premium. neq. inude-  
runt in contrarium habitum. sicut in defec-  
tum. et sine est q. spes habebant sicut dicit  
Beda. et Sabel in. 4. distinet. 1. q. patres in  
lybo foeli spe ingressum ianue celestis  
expectabant. Demones vero et alij damna-  
ti. qui habent contrarium habitum spei sui-  
licet desperationem spes habere no. possunt.  
Similiter beati assecuti sunt premium per  
quod spes evacuat sicut manifestari solet  
infra. Ad primam objectionem Rr. q. sancti  
patres erant quodammodo in via. et non  
peruenerant ad patriam. et preterea meri-  
tum non respicit ipsam spem in universitate  
sed secundum statum.

Ad id quod obicit q. animas in purgatorio certis  
sunt q. non possunt damnari. Decendum q.  
hoc non est propter assecutionem glorie sed  
propter confirmationem liberi arbitrij. quod  
est extra statum merendi. et demerendi. et  
illa confirmatio non evacuat spem. quamvis  
ponat extra statum uertibilitatis ipsius libe-  
ri arbitrij.

Ad illud de Vehementi. Rr. q. spes ubi accipit  
impropre. et pro expectatione dilationis iudi-  
cij. inquit acutus q. modo promittendus est. et pro  
ex



expellatone dilatore iudicij consistendi  
Tuncius super peccatores. quorum uicesq; frus  
trarie dlabotus inde iudicij et citus q; uelle  
iudicabit. et ex his patent illa dubia que  
supra de subiecto p; i quegebant

De materia Suius distinctionis agit diuus -  
Thomas. 2. 2. q. 17. ar. 1. et q. 17. ar.  
5. et q. 18. ar. 4. et ibi eius interpretes.

71.







Distinctio Vigesima septima  
 que incipit. Cum autem Christus etc.  
 Postquam magister in precedentibus agit de fide  
 et spe. In hac distinctioe que rursus capit  
 bis continet Incipit agere de ipsa Charitate  
 et dividit in tres partes principales. In qua  
 rura prima usque ibi (Sed quere) determinat  
 Charitatis quoditatem. In 2<sup>a</sup> usque ibi (con  
 sequenter modum) inquirat unitatem. In  
 tertia ostendit modum diligendi et eius con  
 gruitatem usque ad finem distinctiois que  
 in epistola thomae redacta sic habet  
 quamvis in Christo fides et spes non fuerit fuit  
 tamen in ipso tam eximia et incomparabilis  
 Charitas qua maior esse non potuit. qua cari  
 tatem suam pro nobis posuit. et ad dilectione  
 nos provocavit ac proinde de Charitate pri  
 mo sciendum q. ea est qua deum diligimus  
 propter se. et proximum propter deum. que  
 quamvis una sic geminat tamen ob duo di  
 lecta. Deum scilicet et hominem. Unde et duo  
 de ea dantur precepta. q. et duo sunt propter mo  
 tum duplicem in ipsa dilecta. modus autem  
 diligendi proximum est sicut te ipsum. id est in bono  
 et ob deum propter quem te ipsum diligis ut ait  
 Augustinus. Modus autem diligendi deum est  
 ex toto corde id est intellectu. ex tota anima  
 id est voluntate. et ex tota mente id est memo  
 ria. ut omnem cogitatum. vitam. et omnem  
 intellectum in eum referas a quo omnia ac  
 cepisti. Hoc tamen quod magister dicit scilicet  
 et dilectionem esse spiritum sanctum accipie  
 dum est ut supra diximus. precipit autem no  
 bis

Et forte ut ait Augus  
 tinus ad significanda  
 huiusmodi geminam  
 dei et proximi dilec  
 tionem. huius datus est  
 spiritus sanctus semel  
 in terra. Et iterum  
 de celo  
 Invenit modum  
 huius dilectionis insi  
 nuat dum ait mandatu  
 num in deo vobis ut di  
 ligatis invicem sicut  
 dilexistis. id est ad quod  
 dilexistis scilicet ut fi  
 lii sitis et vitam habe  
 atis



bus et charitas habenda et modus ipsius ut mo-  
do diximus taliter q. proximus propter deum  
deus propter semetipsum ex toto corde dili-  
gat. Actus autem dilectionis et modus licet  
in hac vita rebellionis carnis impediante im-  
pleri perfecte non possit, non tamen ob id de  
eo frustra mandatum datum est. Si ut enim  
aliquis non curaret nisi sciret quo utren-

\* q. si percontetur que  
nam ista charitate di-  
ligenda sunt. Respon-  
dit Augustinus non omni-  
a, sed ea que nobiscum  
societate quadam refe-  
runt in deum. sicut est  
homo uel angelus uel  
que ad nos relata benefi-  
cio dei per nos indigent  
ut corpus que deum diligere  
dum est ut ei ordina-  
pudenter qz consulatur

dum esset sic nec deus diligeretur nisi aliquis  
precepto de modo diligendi instructeretur. in  
Patria ergo sic inchoatum implebit. Ambo  
denique charitatis precepta ad se innoxasunt  
q. unum sine altero impleri non potest. Un-  
de et unum pro utroqz quandoqz ponitur  
et sic delicta distinctionis quam magister  
satus prosequit adductis precipue auctorita-  
tibus. Marci. 10. ephessioy. 5. Deuter. 5.  
matt. 22. 1. Timot. 1. Augustini. lib. 1.

de doctrina Christiana. et lib. de perfectione  
Sumane iustitie. et super Joannem. Rom.  
et 13. 1. corint. 13. Joann. 4. et galat. 5.

cap. 22  
et 3 de  
trinitate  
cap. 8.

ex qua ~~trinitas~~ tribus  
elicit conclusio in qua  
cuius summa consistit  
que talis est  
Charitas una existens  
est dilectio dei pro-  
pter se, et proximi ob de-  
um, sicut autem cha-  
ritas precipue sic eedi-  
ligendi modus cuiuslibet  
assignat.

ex qua tres eliciunt conclusiones uel sum-  
ma tribus ) in quibus tota ipsa summa  
consistit

Prima conclusio. Caritas dilectio dei  
qua deus propter se, et homo propter deum  
amat.

2<sup>a</sup>. Una est dilectio dei et proximi. obista  
duo dilectio geminata

3<sup>a</sup> conclusio. ut charitas tribus precipue  
sic diligendi modus cuiuslibet diligendo assignat.

metrice sic  
que ~~duo~~ precipue  
tibi sunt ad mandanda  
doceret  
istic et virtus quanta sit ~~ipsum~~ amor

eius  
et virtus quanta sit ~~ipsum~~ amor



1 Dubia Literalia siue textus expositio  
 circa illam definitionem charitatis in principi  
 pro ~~quod~~ capitis (charitas est dilectio qua  
 diligere deus propter se. et proximus propter de  
 um. vel in deo) quare cum multa soleant  
 adduci definitiones charitatis. et unusquisque  
 unice natura et debeat esse unica definitio  
 quomodo utque definitiones distinguere et ad  
 invicem ordinare. prater assignatam enim  
 definitionem ait Augustinus. Lib. de moribus  
 ecclesie. charitas est animi affectus iustissima  
 coniungens nos cum deo. et idem. Lib. soliloq.  
 charitas inquit est virtus. qua deum videre  
 eoq; perficere desideramus. et in Lib. de spiritu  
 et anima charitas est vita copulans amantem  
 cum amato. et Praterca definit ab Apostolo  
 1. Thimot. 1. finis precepti est charitas decor  
 de ~~per~~ conscientia bona et fide non fulta.  
 sed iam contra primam definitionem obicitur  
 idem est dilectio et charitas. ergo magister defi  
 nit per dilectionem ~~per~~ charitatem definit idem  
 per se ipsum. Item amor naturali in statu in  
 nocentie conveniebat ista definitio. ergo non  
 est convertibilis cum charitate.  
 Contra secundam vero definitionem cogit  
 quod affectus animi est ab ipsa anima charitas ve  
 ro est ab ipso deo. et non ab anima. ergo in non  
 convenit definire affectus animi. Item tunc  
 definitio que potest competere spei. ergo male  
 attribuit charitati.  
 Contra etiam definitionem similiter obicitur  
 quod visus respondet ipsi fidei. et fructus est ad om  
 nem virtutem. ergo male definit charitas per  
 videre et frui.

Item



Item desiderium est in absens. et quodammodo imperfectum. sed charitas est perfectissima. ergo male definitur per actum desiderandi.

Contra quartam arguit. Dionysius in lib. de div. nom. diffinitur amorem generaliter dicitur quod est virtus unitiva. ergo conspiciam amantem cum amato non est proprium charitatis. cum sit commune amoris naturalis et animalis. Item unita est perfectio absoluta. conspiciam amantem cum amato est qualitas respectiva. ergo male dicitur charitas esse unita conspiciam.

Contra ultimam arguit sic charitas est radix virtutum. et principium merendi. et portus. quo quis inclinatur et tendit ad finem. ergo non videtur quod charitas debeat dici finis.

Item quaere de illis tribus modis qui adduntur pro quibus statit. et quo modo distinguantur? Item quaere cordi attribuitur puritas. et conscientie bonitas. et fidei stabilitas? cum puritas cordis sit ex fide. Actus. id est fides purgatur de eorum. et quaere fides ponitur ultima. cum ipsa sit prima.

Respondet. quod charitas secundum multiplicem sui comparationem habet multipliciter definitur. Habet enim charitas comparari ad obiectum. et sic assignat definitio primo posita a magistro. Potest deinde considerari per comparationem ad finem ultimum. et sic definitur ab Augustino in soliloquio. Potest etiam comparari ad actum proprium. qui est unire et adhaerere. et sic definitur ab Augustino in lib. de moribus ecclesie. et in lib. de spiritu et anima per



per actum uniuersi. Et populari amantem  
 cum amato videlicet affectum nostrum cum  
 deo. Potest insuper comparari ad habitum si  
 bi coniunctum, qui quodammodo est ipsius  
 Charitatis principium. et sic definit ab Apos  
 tolo cum dicit. Charitas est finis precepti et  
 hoc patet ex ipsius definitionis seu defini  
 tionis explanatione. nam Charitas compa  
 rata ad habitus aliarum virtutum theologi  
 carum, quia unie eas finis, principatum tenet in  
 ter eas. Fides mouet et informat, et termi  
 nat, siue consummat, et propterea dicit esse  
 finis precepti. et quia finis est aliarum, aitus  
 aliarum disponunt ad actum Charitatis. et  
 ipsa Charitas immediate elicit, et ideo tres  
 ponunt ibi conditiones. per quarum prima  
 qua dicit ibi. Charitas de corde puro tanque  
 conditio ipsius Charitatis, cuius est depurare  
 affectum cordis ab omni terrenitate. Per se  
 curdam scilicet de consuetudine bona tanque  
 conditio spei. Per tertiam conditio fidei. et se  
 cundum hoc ordinant secundumq, principa  
 lius ad actum Charitatis disponunt.

Et sic patet definitio et intellectus predictae  
 definitionis. Ad primam ergo objectionem  
 contra definitionem magistri quod idem est dilec  
 tu et Charitas. R<sup>r</sup> quod quamuis sint idem re  
 est tamen aliqua differentia rationis. dilectio  
 enim ad plura se extendit quae Charitas. unde  
 consuevit assignari differentia, quae amorem  
 naturae, dilectio est voluntatis deliberatiuae, et  
 Charitas gratiae. Alia etiam est differentia quia  
 Cha



Charitas nominat habitum. dilectio uero no-  
minat actum. et ita definitur Charitas per di-  
lectiorem tanquam minus commune, per magis  
commune, et habitus per suum actum.

Ad illud quod arguitur quod illa definitio conue-  
nit dilectioni in statu innocentie. R. quod dif-  
ferentia est in modo diligendi deum propter  
se, secundumque diuina dilectione naturali. et  
ipsa Charitate sicut in 2. lib. ostenditur  
et ideo extra non ostendit illa ratio non be-  
ne assignata.

Ad id quod arguitur contra definitionem Au-  
gustini de moribus ecclesie quod Charitas est ami-  
cissimi affectus. Dicendum quod ibi est predicatus  
naturalis. ideo in ratione illa est sophisma se-  
cundum accidens. Ad illud uero quod sub-  
iungitur quod illa ratio conuenit speciei. R. quod  
proprie loquendo non conuenit utriusque sed ma-  
gis erigere. fidei enim est dirigere, et speciei eri-  
gere. et Charitatis ad huc.

Ad obiectionem contra Augustinum in solis  
quod Charitas non debet definiri per uide-  
re et frui. Dicendum quod sicut fides cognoscit  
sibi et alijs uirtutibus; sic Charitas desiderat  
sibi et alijs. Et quoniam perfectus mercedis  
consistit in uisione et fruitione dei. Sicut quod  
Charitas definitur per desiderium utriusque non  
quod uideretur eius proprium sed quod desiderium  
habendi deum est proprium Charitatis.

Cum autem opponitur quod desiderium est rei ab-  
sentis et imperfectus motus. R. quod definitur ibi  
Charitas uide. que habet secum annexam im-  
perfectionem. Posset etiam uidebimus diu quod  
de



desiderium prout excludit fastidium rursus //  
 Sum est rei absentis immo presentis. et hoc mō  
 do large accipit in proposito.

Ad Argumentum contra definitionem Au-  
 gustini in lib. de anima et spiritu. q. charitas  
 est vita copulans. Dicendum q. etsi copulans co-  
 ueniat omni amori. quodammodo tamen to-  
 tum hoc, quod est vita copulans est proprium  
 ipsius charitatis. q. nullus est amor. qui ani-  
 mam proprie habeat uiuificare. nisi amor  
 gratuitus qui copulat cum deo ipsam animam.

Ad id autem q. addit q. non possunt simul  
 stare uita et copula. Dicendum q. quamuis  
 uita prout est actus primus sit perfectus abs-  
 oluta; tamen prout est actus secundus habet  
 respectum ad obiectum sicut patet q. secun-  
 dum philosophum abimentis uti, et intelligere  
 sunt differentia eius. quod est uicere, et charitas  
 est uita. et secundum q. est uita dicitur actus secun-  
 dus ut in precedentibus ostensum fuit.

Ad obiectum contra Apostolum q. non debet  
 dici finis cum sit principium. R. q. cum nihil po-  
 tesseat tres causas coincidere in unum sicut pa-  
 tet de deo respectu creaturaz nullum est inuenire  
 uerus charitatem radicem esse formam et finem  
 secundum comparationem triplicis causaz. cum  
 nos faciat deo perfecte conformes.

Ad illud etiam quod obiciebat de sufficientia  
 numero et ordine illarum conditionum que  
 super addunt satis patet responsu ex explicati-  
 one ipsius definitionis. et ex illis que in 2 lib  
 distinc. 38 defini consueuerunt  
 contra illa uerba ad medium capitis tertij Coudi  
 Si.

7



Leguntur de quo etiam dicitur sunt mandata) Ar  
 quicquid quod unius operis secundum unam rationem  
 unum debet esse mandatum. sed una ratio  
 est diligendi deum et proximum. ergo unum  
 debet esse mandatum de utroque. Item man  
 data numerantur secundum numerum diligibi  
 lium. ergo cum quattuor sint diligenda ex cha  
 ritate, quattuor debent esse mandata. Item  
 sicut dicit Roman. 13. qui diligit proximum le  
 gem implet. et ibidem dicitur quod in illis verbis om  
 ne aliud instaurat mandatum. ergo solum uni  
 cum debet esse mandatum.

R<sup>o</sup> Dicendum quod cum mandata diversificari  
 debeant in ordine ad deum et ad proximum, si  
 cut patet per distinctionem prima tabulae se  
 cunda. idem cum charitati conueniat ordinare  
 respectu utriusque, oportuit precepta distingui. ut  
 tamen quia est ratio diligendi unum po  
 tuit in altero implicari. Ad primam ergo obiec  
 tionem R<sup>o</sup> quod mandata non distinguuntur peres  
 rationem ipsius habitus. sed peres modum ordi  
 nandi ad alterum. Ad 2. R<sup>o</sup> quod in mandato  
 proximi satus includit dilectionem sui. et quod hoc  
 satus est solum proprius per naturam. non indi  
 cuntur induci per preceptum diuinum. Ad 3.  
 dicitur quod Apostolus loquitur de impletione secunda  
 tabulae. Preterea in mandato de dilectione pro  
 ximi includit mandatum de dilectione dei. et  
 quamuis unum in altero includat non tamen  
 inde sequitur quod non distinguantur. Hoc enim est  
 propter connexionem et ordinem quod non ex  
 cludit distinctionem.

contra illa verba in principio capituli quinti (Di  
 lectiois autem eius insinuat cum dicitur ex toto  
 cor



corde . id est ex toto intellectu, ex tota anima id //  
 est ex tota voluntate, ex tota mente . id est ex  
 tota memoria ) Arguitur quod diligere pertinet ad  
 affectum non ad intellectum . ergo male dicitur  
 diligere ex intellectu et memoria . Item Ber-  
 nardus de amore dei . quod est amor nisi iuste  
 mens, et bene ordinata voluntas, ergo dicto  
 ex omni anima, superflue alie conditiones.  
 Item Beatus Iohannes non ponit nisi duas co-  
 ditiones . i . Iohan . 3 . diligamus opere, et verita-  
 te, ergo in tribus his conditionibus est superflu-  
 itas . Item videtur quod sic diminutio, quod Deuter . 6 .  
 ponit ista conditio . ex tota fortitudine, quod non  
 ponit sic . Item marcus . et addit aliam co-  
 ditio preter assignatas . ex tota iusticia, ergo in  
 his est diminutio, vel sic superfluitas . Simi-  
 liter Luc . 10 . addit ista conditio, ex omnibus  
 viribus tuis .

Quare ergo de illorum trium distinctio  
 ordine, numero, et sufficientia . Et . Prodi-  
 cendum . quod quamvis caritas immediate respici-  
 at actum concupiscibilis circa quem primo con-  
 sistit . Nihilominus tamen actus illarum viri-  
 um respicit ut disponentes . Unde omnes vires  
 anime, quodammodo ordinant ad ipsam dilec-  
 tionem . sicut ad id quod habet rationem com-  
 pletam respectu omnium virium . Et quoniam  
 superiores anime vires tres sunt . id est tres appo-  
 nunt conditiones ; Et rursus quod ternarius viri-  
 um anime dupliciter potest distinguere, itaque  
 illorum modorum non dividat ab alio, id est  
 conditiones circa actum diligendi respicientes vi-  
 res anime duplici modo apponi et distinguere possunt  
 uno



Unum enim modo distinguunt vires animae secundum quod in eis consistit imago trinitatis, et dicuntur irascibile esse tres personae videlicet memoria, intelligentia, et voluntas. Et sic secundum istas tres potentias apponuntur tres conditiones quarum una respicit intelligentiam, scilicet ex toto corde, alia voluntatem, scilicet ex tota anima, tertia memoriam scilicet ex tota mente. Et sic assignantur tres conditiones in matth. 22. et exponuntur ab Augustino sic. ex toto corde, id est ex toto intellectu sine errore; ex tota anima, id est ex tota voluntate sine contradictione et ex tota mente, id est ex tota memoria sine oblivione. //

Alio modo distinguuntur potentiae siue vires animae in rationalem, irascibilem, et concupiscibilem et secundum hoc tres apponuntur conditiones, quarum una respicit rationalem, videlicet ex toto corde, alia concupiscibilem, videlicet ex tota anima; et tertia irascibilem videlicet ex tota fortitudine. Et sic assignantur de ueron. 6. et exponuntur a Bernardo sic. ex toto corde, id est sapienter, ex tota anima id est dulciter, ex tota fortitudine, id est fortiter, ut non seducamur fallacijs, non abducamur blanditijs, non frangamur iniurijs. et ad haec tria reducuntur illa tria, quae conueniunt. i. Timoth. 1. ex corde puro, conscientia bona, et fide confessa. neque est in istis aliqua repugnancia, pro eo quod potentia irascibilis, et ipsa memoria conformantur in actu et ideo unanimiter est utriusque reformativa et una dos utriusque perfectiva, et unam respicit prae in

quae includit voluntatem et intellectum

ut nulla passio ne dilectio dei impediatur



principaliter et aliam consequenter. Et ideo ubi  
 dicitur in dicens. ex tota fortitudine. in malis  
 eo dicitur ex tota mente. Et hoc est ratio quare  
 hoc creditur ex tota mente, ultimo hoc ponitur  
 et sic patet sufficientia, numerus, et distinctio  
 ultimum, quod assignare circa modum dilectionis  
 et quod nihil est superfluum, nihil diminutum  
 facit etiam solutio obiectorum.

Vel dicamus cum dicitur Thomas Sec. et in idem  
 redit quod ad charitatem exigio aliquid tripliciter  
 uno modo sicut subiectum charitatis, quod est  
 ipsa voluntas: Alio modo sicut procedens ad  
 charitatem, sicut memoria, et intelligentia  
 tertio sicut consequens ad charitatem, quem  
 ad modum irascibilis, et concupiscibilis et etiam  
 membra corporalia, que imperium charitatis ex  
 equunt. quod ergo actum charitatis oportet esse per  
 fectum, sicut cuiuslibet virtutis, idem preceptum  
 de actu charitatis includit perfectionem omni  
 um predictorum secundum diversas expositiones  
 ut videlicet neque in voluntate, neque in omnibus pre  
 cedentibus aut sequentibus aliquid sit quod charita  
 ti subsistat quantum ad perfectionem videlicet, vel  
 quod actum charitatis interrumpere possit, quan  
 tum ad perfectionem patrie secundum assigna  
 tas expositiones: preter quas. Gregorius tricenis  
 exponit ex toto corde, quantum ad animam ve  
 getabilem, ex tota anima, quantum ad sensibi  
 lem ex tota mente, quantum ad rationalem, sed  
 dicens non solum ponit ex tota fortitudine, quod referre  
 dum est ad membra exteriora, que imperium ex  
 equunt charitatis, vel ad irascibilem vel concupiscibilem  
 vel ponit circumstantia dilectionis ut sic firma



381

*Demateria Suius distinctioes ague. diuus Thom  
2. 2. q. 27. art. 4. 5. et 6. et ibi eius inter  
pretes.*

*[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



Distinctione... (mirrored text)

Main body of mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Secondary body of mirrored text on the right side of the page.



Distinctio Vigésima octava quæ  
incipit. Hæc potest quæri. etc.

Postq̄ magister agit de charitate secundum se.  
In hac distinctioe quæ tribus capitibus conti-  
net agit de numero diligendorum. et tra-  
facit In tribus partibus principalibus in quas  
dividit. In quarum prima usq̄ ubi (Contra  
autem) inquit an totus homo, scilicet in-  
terior et exterior in precepto dilectionis proxi-  
mi contineat. In 2<sup>a</sup> usq̄ ubi (Sic notandū)  
an idem preceptum usq̄ ad angelorum dilec-  
tionem extendat. In 3<sup>a</sup> subinfert q̄ hoc  
nomen proximus diversimode accipitur et  
hoc usq̄ ad finem distinctiois. quæ in ep̄  
hominem redacta sic habet.

Quidquid diligere ex charitate oportet in illis  
duobus mandatis de dilectione continet. quæ  
tuor autem ex ea diligenda tradit Augusti-  
nus. quæ sunt deus super nos, proximus in-  
tra nos, anima nostra nostra quæ est intra nos  
et corpus nostrum quod est infra nos. de quibus  
tamen duobus ultimis precepta dari non oportet  
tunc. q̄ in alijs implicari (cum dicit diligere  
deum tuum ex toto corde tuo etc. et proximum tu-  
um sicut te ipsum) et q̄ ipsa diligere natura  
licet homini insitum est. Neq̄ enim viri ius-  
ti corpus macerantes ipsum ob id (sed corrup-  
tores ipsius) odio prosequunt. Nominem  
eo proximi quilibet cui beneficium conferre  
dum est atq̄ per hoc omnis homo intelligi de-  
bet. quod et ex parabola domini de semini-  
vo patet. Insuper et agnoscere et hinc an-  
geli qui multa nobis bona impendunt proxi-  
mi nostri censendi sunt, ac diligendi. Inamvis  
autem

beneficium



autem omnia habeamus a deo, ipse tamen  
 proximus noster non est, sed incomparabili-  
 ter excellentior. Hinc dilectio superna nec  
 ipsos, et maxima ei debet. Non etiam  
 iustus, quamvis nomine proximi continetur  
 et magis tamen eum, quam nos pro sui excel-  
 lentia diligere debemus: minus tamen quam  
 deum, quia in hoc eminens est. Aduertendum  
 quoque quod alter alterius proximus dici potest  
 aut conditione primaeque originis, ut sunt om-  
 nes homines, aut spe conuersionis, et salua-  
 tionis, ut sunt nondum ad fidem conuersi, sed  
 etiam conuersibiles, aut propinquitate cog-  
 nationis ut sunt nobis sanguine specialiter  
 coniuncti, et etiam ratione beneficia subie-  
 ctionis, quales sunt sancti angeli: et hinc de  
 littera distinctio, quam magister fusi-  
 us prosequitur adductis principibus auctoritatibus  
 Augustini. lib. 1. de doctrina christiana, cap. 23, 24 et 26 et 30  
 ephes. 5. Luc. 10. psalm. 10. Luc. 8. et  
 genus. 1.

ex qua tres eliciuntur conclusiones (uel tria  
 tria membra) in quibus tota eius summa con-  
 sistit. Prima conclusio de dilectione corporis  
 et animae nostri et proximi non sunt data  
 distincta precepta.

2<sup>a</sup> preceptum dilectionis proximi etiam  
 se extendit ad angelos.

3<sup>a</sup> conclusio proximus dicitur quatuor-  
 tus scilicet, conditione, spe conuersi-  
 onis, beneficij exhibitione et propinquitate cog-  
 nationis.

ex qua tria membra  
 elicitur conclusio in  
 qua eius summa con-  
 sistit, quae tales est  
 de dilectione nostri, et  
 proximi non sunt  
 distincta precepta  
 et proximi nomen  
 (quod quadruplici-  
 ter dicitur) etiam se  
 extendit ad angelos  
 metrice sic  
 demandata foret quibus  
 dilectio nulla  
 corporis ac animae cer-  
 ta tenenda tamen



Dubia literalia siue textus expositio  
 contra illa verba post initium primi capituli  
 (de secundo et quarto nulla precepta danda  
 erant. ut scilicet diligere nos vel corpus  
 nostrum) Arguit. qd precepta data sunt nobis  
 ad dirigendum affectiones nostras. sed maxi-  
 me contingit homines errare circa dilectio-  
 nem nostram. ergo maxime circa hoc de-  
 buit preceptum dari. Item in preceptis cha-  
 ritatis non precepit amor carnalis sed spiri-  
 tualis. ac difficilius est se spiritualiter  
 diligere. et omnino necessarium ad salutem  
 ergo de hoc debuit esse speciale mandatum  
 si dicas qd non fuit necessarium precepere. quod  
 in alijs duobus preceptis includit. scilicet. quod  
 ut quare dilectio proximi non includit. sed  
 exprimit. Item lex debet vniuersaliter de  
 omnibus ordinare. quod ad virtutes pertinent  
 Preterea dilectio dei similiter erat omnibus  
 naturaliter insita

R<sup>o</sup> Querendum qd triplex est causa cur non o-  
 portuit speciale mandatum dari de dilectione  
 sui. vel corporis proprii. vera est quam reddidit  
 Augustinus. qd satis intelligit per hoc siue  
 se ipsum. Alia ratio est qd ad hoc inclinatur na-  
 tura. Alia qd diligere deum ex toto corde ex  
 tota anima. et ex tota mente. hoc est scriptum  
 diligere et spiritualiter amare. ille etenim se  
 spiritualiter amat. qui cor et corpus ad honorem  
 dei totaliter exponit. et sic dilectio ipsius impli-  
 cat



cat in illis duobus mandatis. Quia recte exequitur primum mandatum facultatem habet et rectitudinem ad diligendum se ipsum. et propter hoc non fuit necessarium addi tertium preceptum. ut ait diuus Augustinus. Dicendum etiam quod sicut se habent scientie speculative ad cognoscenda. ita se habet lex ad operanda. Unde quemadmodum in scientijs speculative non traditur de principijs perse notis. quia per naturam cognoscunt. sed tantum de conclusionibus que per ea eliciuntur ita neque lex determinat explicitè de dilectione sui ipsius ad quam natura inclinatur. sed de dilectione proximi que ex illa oritur. sicut conclusio ex principijs. dilectio autem dei quamuis nobis naturaliter insit. non tamen hoc modo quo per charitatem diligit. ex hoc autem ipso quod deus specialiter diligi precipit. docemur nos ipsos specialiter diligere.

ex his ergo patet solutio omnium argumentorum. Ad illud autem quod queritur. quare non sit dandum mandatum de dilectione proximi implicite sicut de dilectione sui. facile. R. quia non est ita de inclinatione nature conuertere ad alterum sicut conuertere ad se. et propter hoc difficile est proximum diligere. maxime quando est aduersarius. et propterea congruum immo necessarium fuit de hoc speciale mandatum dari.

¶ Contra illa verba desumpta ex Apostolo (post initium eiusdem primi capitis) nono carnem suam odio habere. Arguit quoniam multi seruet ipsos interficiunt ut dicit Philo sophus in. 9. ethicorum propter abundantem maliciam.

R.



R<sup>o</sup> q<sup>o</sup> vitam suam corporalem quilibet natu-  
raliter diligit sed q<sup>o</sup> aliqui ad mortem suam  
corporalem anhelant contingit per accidens  
vel in quantum retardant ab aliquo bono ma-  
gis amato per vitam corporalem, sicut in que-  
rentibus vitam accidunt. vel in quantum  
per corporalem vitam consequuntur <sup>in</sup> aliqua  
mala, quibus carere melius q<sup>o</sup> stimant q<sup>o</sup> vitam  
corporalem habere ~ // ~ // ~ //

Contra illa verba que in libris antiquis rōn in-  
veniuntur circa finem primiciptis (sicuridi-  
ta est mens Sumaria ut nunq<sup>o</sup> sui non me-  
minerit, nunq<sup>o</sup> se non intelligat, nunq<sup>o</sup> se  
non diligat) Arguitur contra primum su. q<sup>o</sup>  
memoria est rei absentis, et preterita. sed ani-  
ma nunq<sup>o</sup> est sibi absens et preterita, ergo  
nunq<sup>o</sup> meminit sui. Item contra illud quod  
sequitur scilicet q<sup>o</sup> nunq<sup>o</sup> se non intelligit.  
obicitur. q<sup>o</sup> anima intelligit alia a se, et im-  
possibile est q<sup>o</sup> anima plura simul intelligat  
ergo tunc non intelligit se. Preterea mul-  
ti credunt se non habere animam, que sic si-  
stualis substantia, ergo saltem in talibus  
anima non intelligit seipsam. Preterea  
contra tertium. scilicet q<sup>o</sup> nunq<sup>o</sup> se non diligat  
arguitur. ut supra q<sup>o</sup> multi se ipsos interficiunt  
et vitam suam odiunt. ergo totum illud est  
falsum. Preterea in auctoritate sequenti sta-  
tim subdit contrarium, qui diligit iniquita-  
tem odit animam suam.

R<sup>o</sup> Dicendum q<sup>o</sup> illa tria que tanguntur in hi-  
tera dupliciter possunt attribui anime. scilicet  
actus



actu uel habitu. Si habitus sic uere et semper  
 attribuuntur ei. quoniam anima perse ipsam  
 nata est sui meminisse, se intelligere, et se  
 diligere. Si autem intelligat in actu, sic non  
 semper sibi attribuunt. quia non semper se  
 cogitat, nec semper seipsum conuertit. Augustinus  
 ergo loquitur quantum ad habitum, non quantum  
 ad actum.

Ad primam objectionem. Respondeo Augustinus  
 sic largius accipit memoriam, quam Philo-  
 sophi. sicut in primo lib. ostendimus.

Ad 2. ex dictis patet solutio quia non loquitur  
 de intelligere secundum quod dicitur ad naturam cog-  
 nitivam, et conuersivam animam super se.

Ad illud quod obicitur de dilectione. Dicendum  
 quod diligere est dupliciter affectu scilicet et ef-  
 fectu; affectu nullus est qui seipsum odiat, im-  
 mo si se ipsum interimit, hoc est ut quietem  
 maiorem inueniat. Si peccat, hoc est quia appetit  
 dilectionem suam. Si autem loquitur de  
 dilectione quantum ad effectum, sic multi se  
 ipsos odiant, quia inordinate se diligendo faciunt  
 sibi malum. Et inimicant sibi ipsi sicut mul-  
 ti, qui uolentes fugere confusionem, uel tribu-  
 lationem seipsum occidunt corporaliter, et qui  
 uolunt satisfacere desideriis carnis interficiunt  
 seipsum spiritualiter. Et sibi inferunt crudelis-  
 sima tormentum.

¶ Contra illa uerba in principio capituli secundi.  
 Contra autem sic quod dicitur de angelis utrum  
 illud preceptum dilectionis est? Arguitur, qui  
 dicit quod dilectio angelorum, et beate Virginitatis et  
 Christi domini secundum quod dicitur, non continet in  
 dilectio







ordinem sub ratione caritatis. Potest etiam  
 dici qd quamvis sint supra nos ratione sim-  
 plicitatis. spiritualitatis. et incorruptibi-  
 litatis, sunt tamen iuxta nos ratione ima-  
 ginis. secundum quam nos, et ipsi habemus  
 immediate in deum ordinari ~ 11 ~  
 qd si ad huc iriter de Christo domino qd est ca-  
 pite nostrum secundum conformitatem na-  
 turae assumptae; ac proinde qd magis se dilige-  
 re qd aliud quodvis membrum; et ex parte  
 genti qd magis debeamus illum diligere qd  
 nos. Item qd tantum debemus diligere Re-  
 demptorem quantum et creatorem. sed creator  
 est diligendus plus qd nos, ergo et Redemptor  
 sed Christus in quantum homo est Redemptor  
 ergo Christum in quantum est homo debemus  
 diligere plus qd nos. quod est contra magistrum  
 in hac distinctione ad finem capitis secundi.  
 Rr qd quando dicit Christus in quantum ho-  
 mo diligendus est plus qd nos. Hec determina-  
 tio, in quantum, potest importare unitatem  
 personae. vel conditionem naturae. et si impor-  
 tat unitatem personae sic diligendus est supra  
 nos, qd sic supra nos est noster creator. Redem-  
 ptor. et saluator. Si vero importet conditio-  
 nem naturae assumptae sic diligendus est iux-  
 ta nos. et sic est proximus noster. Unde si  
 consideremus Christum dominum solum ra-  
 tione humanitatis. hoc est pure ratione natu-  
 ra creatae non debet ei principalitas dilectio-  
 nis: sicut neqz adoratio latius neqz hunc modo-  
 dicit Redemptor noster. vel caput, qd tam Re-  
 dem

(quod patet etiam Chris-  
 tus dominus ratione  
 humanitatis et passi-  
 bilitatis assumptae di-  
 citur paulominus ab  
 ipso minorari in  
 psalms)

et sicut  
 deum

et sicut  
 deum



demptoris qz capitis nomen respicit personam  
secundum utramqz naturam. et ex his sol  
uunt obiectores.

Concordat ma. //  
Iustus qui indultus  
ad finem capitis //  
secundi sibi non  
omnino constare //  
videt' dum dicit  
q. Christum in qua  
tum homo est sicut  
nos diligere debem9  
per secundum ma  
datum. et statim  
subiungit. quem e  
tiam secundum ho  
minem magis qz  
nos diligere debem9

De materia Suius distinctionis agit: diuus Tho  
2. 2. q. 28. Specialiter. art 4. et ibi eius in  
terpretes.







Distinctio vigesima nona qua incipit

Post predicta de ordine etc.

Postquam magister in precedentibus eque de numero diligendorum in hac distinctioe qua qua octo capitibus continet incipit agere de ordine diligendi diligenda. et dividit in tres partes principales. In quarum prima a principio usque ibi (solet etiam quæri) ponit ordinem diligendi explicitè diligenda ~~etiam~~ generaliter. In 2. usque ibi sciendum quousque est) explicitè quorumdam diligendorum specialiter. In 3. parte, ponit ordinem et modum explicitè de Sectionis. et hinc usque ad distinctiois finem que in epithemem redacta sic habet -  
 Cum Charitas ordinem habeat sicut scriptum est in canonicis, ordinavit in me Charitatem. hinc ordo perscrutandus est. nam secundum Augustinum de doctrina Christiana ille non habet ordinem Charitatem, qui diligit quod non est diligendum. aut non diligit quod est diligendum. aut æqualiter diligit quod est magis aut minus diligendum. peccata enim non sunt diligenda. natura vero diligenda est. et Charitatis ordo deponit ut diligant diligenda alijs post se habet. Sic quod primus et super omnia diligit deus, deinde anima propria, deinde proximus et ultimus proprium corpus. Proximi autem opinantur quendam quod affectu omnes sunt æqualiter diligendi. non autem effectu. quod quantum ad effectum exhibitionis magis et prius subueniendum est illis, qui sunt nobis magis conuenienti quod ex auctoritate Augustini et Hieronimi confirmat. Si uero quis contra hanc opinionem obiciat ex scriptura



tura que dicitur honorari patrem et matrem ubi  
 specialiter amor parentum exprimitur alijs ta-  
 citis. q. non esset nisi parentes essent amplius  
 q. alij diligendi. et similiter obicitur ex  
 Hieronimo. qui super Ezechielum dicit q. post  
 deum. pater et mater. filius et filia. frater  
 et soror sunt diligendi. et idem dicit Ambrosius  
 super cantica. qui etiam addit q. domestici seu  
 propinqui boni sunt malis filiis preferendi. et  
 q. sufficit non odire inimicos. et q. non tantum  
 tenemur eos diligere quantum nos. Respon-  
 det ad has obiectores citata opinio. q. omnia  
 ista intelliguntur de effectu exhibitionis bene-  
 ficij. et non de affectu quo nos et alios omnes  
 debemus equaliter diligere. Deum tamen pl.  
 q. nos. Alia est aliorum opinio qui tenent  
 omnes equaliter tam affectu q. diligendos esse  
 Sed magister tertiam amplectitur viam scilicet  
 licet q. neq. affectu. neq. effectu proximi sunt  
 equaliter diligendi. cum ordo absq. q. qualita-  
 te esse non possit. et effectus affectui exterius pa-  
 ribus respondere debeat. ea autem que in oppo-  
 situm facere videtur intelligenda veniunt in  
 quantum ad idem beatitudinis bonum omnes  
 diligere debemus equaliter quantum ad rem  
 optatam. Sed non quantum ad affectum optan-  
 tis. neq. enim necessarium est ut equali id  
 affectu fiat. Sed maior in meliores. Ac proinde  
 boni extranei in sacra plus diligendi sunt  
 q. parentes mah. q. vinculo charitatis nobis  
 convenientiores sunt. Et sic ait Beda sanctus est  
 pura cordium q. corporum. q. quis hanc questio-  
 nem

q. effectu

*[Faint handwritten notes in the right margin, partially illegible.]*



memz non omnino solum magister. Inimi-  
 cos vero non praecepit dominus diligere ob bonum  
 naturae. (Sicut fontanum secum non) quod  
 in omnibus diligendum est. neque et ut ad bo-  
 num non convertantur, neque contrarium hu-  
 ius sentit Ambrosius. Virtum autem in eis  
 dem. immo et in parentibus. ut robus nec ip-  
 sis odierunt. <sup>et</sup> sunt <sup>in</sup> charitatis gradus  
 quattuor. scilicet incipiens, proficiens, per-  
 fecta. et perfectissima. et sic de litera dis-  
 tinctionis. quam magister Latius prosequit  
 adductis praecipue auctoritatibus. Augustini  
 lib. de doctrina Christiana. et lib. 8. de trinitate  
 et super epistolas Joannis. Bedae in euangelio  
 galile. 6. matth. 23. et 23. cant. 1. ad corin-  
 1. Luc. 8. marci. 3. Luc. etiam. 6. et 14. Philip-  
 pens. 1. et Joannis. 15. deuter. 5. Hieronimi in ep-

ex qua ~~trium~~  
 elicit conclusio in  
 qua eius summa con-  
 sistit quae talis est  
 neque affectu neque ef-  
 fectu sunt omnes  
 ex charitate quae  
 sunt diligendi. im-  
 mo magis melio-  
 res etiam extranei  
 et obuia quibus  
 sunt odio habendi,  
 quattuor autem  
 sunt charitatis gra-  
 dus.

ex qua tres eliciunt conclusiones (scilicet in  
 trimembus) in quibus tota eius summa con-  
 sistit. Prima conclusio charitatis ordine servato  
 neque equali affectu neque effectu sunt omnes  
 diligendi.  
 2. meliores extranei magis sunt diligen-  
 di quam propinqui vicini boni propter vitia au-  
 tem proximi sunt odio habendi.  
 3. quattuor sunt charitatis gradus ut ex Au-  
 gustino elicitur. scilicet incipientium, proficien-  
 tium, perfectorum, et perfectissimorum.

in ep-  
 et Am-  
 625ij  
 sum. 2  
 in cant.

metrice sic  
 quemlibet affectu sum-  
 si de amare neque  
 quamlibet effectu lex  
 nulla datur nec -//



Dubia Literalia sive textus expositio,

1 Contra illa verba post initium primum capituli (peccat enim qui prepostere agit) Arguitur. pona-  
 tur enim qd aliquis exponat se periculo mortis  
 pro salute alterius melioris se. et perniciam sus-  
 tineat ut alij melius se provideat ad sufficien-  
 tiam. tunc premittit sibi alium. et tamen  
 non facit contra charitatem immo videtur val-  
 de charitative procedere. Item supposito qd  
 favam patri quidquid pro eo facere debet non  
 obligor ei ad faciendum amplius. ergo si plus  
 facio alteri qz ei. non preiudico ei neqz ordi-  
 ni charitatis

Rx. dicendum qd est preposteratus quidam or-  
 dinis preter debitam causam. et aliter ex  
 debita causa qd est preposteratus ordinis alia  
 est ex debita causa. alia preter causam. alia con-  
 tra debitam causam. tunc est preposteratus ex  
 debita causa. quando quis bonum in rebus pre-  
 ponit bono pro pro in temporalibus. et hoc qui-  
 dem preposteratus facit ad cumulum meriti. et  
 licet videatur preposteratus. tamen multo maior  
 est perfectiori ordinatus. Alia est preposteratus  
 preter causam debitam est quando ex sola li-  
 beralitate voluntatis meae. magis exhibeo  
 alicui extraneo qz domesticis et consanguineis  
 et etiam patri meo considerando in ipso aliquam  
 necessitatem magis qz dei voluntatem.  
 aut meriti dignitatem. et huiusmodi prepos-  
 teratus aufert meritum. qz in hoc non meretur.  
 Tertianus contra debitam causam est si pater  
 meus magis indigeat. et ego possum ei magis  
 subvenire. et tamen ipso neglecto subvenio ex-



Ambrosij

trans. et sic induit peccatum. et de hac in-  
 telligunt auctoritas magistri in litera. et  
 per hoc patet Responsio ad obiecta  
 contra illa verba prope medium capitis tertij  
 (multum charitas inordinata est) Argui-  
 tur. Charitas non potest esse inordinata sed semper  
 formata. sed Charitas formata semper est or-  
 dinata ergo implicatur opposita cum dicitur  
 Charitas inordinata. Item videtur male dice-  
 re in hac q. subdit q. in primo est ponere ter-  
 tium vel quartum, si enim primum diligendus  
 est deus. et qui pro ponere aliquid deo non ha-  
 bent Charitatem videtur q. male dicit dum ait  
 aliquis. Scire Charitatem inordinatam, eo  
 q. ponere deum tertio vel quarto loco.

R. Dicendum q. nomen Charitatis accipit  
 large et proprie. Large ad quamcumque dilec-  
 tionem que multum habeat amorem Charum  
 et ista potest esse ordinata. vel inordinata ar-  
 gumentum autem procedit de Charitate pro-  
 prie sumpta // // // //

Circa illa verba ad medium capitis tertij (qui  
 sicut dormituri, si boni sunt mali filij pro-  
 ponendi sunt) adverte esse intelligenda non  
 in illis que ad naturalem communicationem  
 pertinent, sicut est hereditatis dimissio, edu-  
 catio. et similia. nisi forte superabundans  
 malitia filiorum eos indignos patrum benefi-  
 cio reddat.

Contra illud circa finem capitis quarti tertij  
 (ante omnia deum. secundo nos ipsos est) du-  
 bital. quod videtur in hac distinctio magister in-  
 no

2

uel ami-  
estiam.

3

4



mo Ambrosius esse superfluous. Primum quod Aug-  
 ustinus non enumerat nisi quattuor gradus.  
 Sic autem enumerantur sex. ergo si Augus-  
 tinus non est diminutus magister est super-  
 fluous. Si dixeris quod sub uno istorum membris  
 rum videlicet sub dilectione proximi. conti-  
 netur quattuor de illis membris. ostendit tunc  
 quod sic diminutus. quod dilectio corporis nostri ibi  
 non tangit. Item sicut gradus sunt in dilec-  
 tione proximorum. sic videtur esse in dilectione  
 dei; quod multum debemus diligere deum. crea-  
 torem. et amplius recreatorem. et maxime  
 glorificatorem. ergo insufficienter assignat  
 gradus dilectionis. Item multa alie sunt  
 conditiones in quibus membra Christi invice  
 coniunguntur preter assignatas. nimirum re-  
 lativum uxoris ad virum. discipuli ad magistrum  
 domini ad servum. subditi ad prelatum. quas  
 omnes omittit Ambrosius. ergo insufficienter  
 diligendum ordinem assignavit.

Quirit ergo de numero et sufficientia ipso-  
 rum graduum. R<sup>o</sup> Dicendum quod ut insinu-  
 atum est. ordo ab Augustino assignatus respicit  
 ipsam charitatem secundum se. id est attendit  
 secundum principales differentias boni. quae  
 sunt bonum superius et bonum infra nos  
 et iuxta nos. et infra nos. Ordo autem Am-  
 brosius respicit ipsam charitatem prout est in  
 natura. quaeam dirigit et regit. et hic non tan-  
 tum attendit per se differentias boni. sed etiam  
 per rationem propriam. et alieni. propinquum et  
 remotum. Sic ordo multiplicat in sex differenti-  
 as



as. Nam charitas aut respicit bonum simpli-  
citer, quod est summum bonum, et sic est primus  
gradus, aut respicit bonum alienum, ut sibi con-  
iunctum, et sic quadruplex est gradus secun-  
dumq, quadruplex est differentia modi coniun-  
geris, aut enim est coniunctio in nature con-  
formitate, et sic est ultimus gradus, qui atten-  
dit in dilectione inimicorum, aut in nature  
conformitate, et conversatus in familiaritate  
et sic est penultimus modus: qui attendit in  
in dilectione domesticorum, aut in his et pre-  
ter in sanguinis propinquitate, et hoc potest  
esse dupliciter, aut in ascendendo, et sic est  
filius ad patrem, aut in descendendo, et sic est  
pater ad filium, et per hoc accipiuntur duo  
gradus intermedij. Et sic patet numerus, et  
sufficiencia illorum sex graduum, patet eti-  
am solutio obiectorum.

Ad illud enim quod obicit de Augustino, id  
patet Responsio, qd aliter assignat ordines dilige-  
ntium ab Augustino, et aliter ab Ambrosio  
Ad illud de dilectione corporis nostri dicendum  
q, hoc reducitur ad dilectionem sui. Ad illud  
quod arguit gradus etiam esse in dilectione dei  
dicendum esse falsum, qd unus est deus dilectus  
et illi non sunt nisi rationes moventes ad di-  
ligendum deum. Et inducentes nos secundum  
magis et minus, que tamen non constituunt  
ex parte dilecti diversitatem graduum. Ad  
illud quod adducit de alijs conditionib, secun-  
dum quas attendit vinculum et coniunctio. R.



q. ad istas possunt reduci ~~omnes~~ nam uxoris di-  
lectio reducit ad dilectionem sui, cum ipsa sit  
caro viri, et e converso. dilectio autem patris  
spiritualis ad dilectionem patris naturalis  
dilectio consanguineorum ad dilectionem fi-  
lij. dilectio domini, magistri et discipuli ad  
dilectionem domesticorum referuntur. et sic pa-  
tet q. nihil superfluum, nihil etiam diminui-  
tum in predictis gradibus continetur.

Dubitat  
immunde,

5 Contra illa verba in principio sexti capitis (So-  
let etiam quicquid si parentes nostri mali sint  
vel filij vel fratres, an magis vel minus dili-  
gendi sint alijs bonis etc.) Arguitur q. ratio-  
nes illi videntur esse ad utramq. partem, ra-  
tione enim propinquitatis, videtur q. malis parē-  
tes preferendi sint bonis extraneis cum pa-  
rentes ponantur in tertio gradu. Ratio vero  
bonitatis videtur contrarium, et si dicas quod  
est contrarietas, q. diversi respectibus possunt  
in vicem sibi proponi, et habent se sicut ex-  
cedentia et excessa. Hoc non soluit difficulta-  
tem, q. adhuc restat, quæritur, quid illorum  
magis excellit. Vtrum bonitas vel propin-  
quitas? Et q. bonitas videtur ex eo q. charitas  
per se et primo respicit bonitatem. Quæ vero  
propinquitas videtur q. per se illam attendit  
et assignat ordo charitatis. // //

R. Dicendum quod est amor complacentis et  
amor beneficentis. amore complacentis a-  
mat quis aliquem, quando eius facta accep-  
tat, et ipsum approbat, et etiam in bonitate  
eius complacet sibi. Amore vero beneficentis



amat quis aliquem, quando uult ei benefa-  
cere. et diligit eum, non tantum quod bonus sit  
sed ut sit bonus. quantum ad primum am-  
orem ponderat bonitas: quantum ad secun-  
dum ponderat propinquitas. Unde et si pater  
meus sit malus. et alius extraneus sit  
bonus, magis debes uelle et desiderare et  
procurare quod pater meus sit bonus et in cha-  
ritate permaneat, quam alius extraneus licet  
ipsium. et facta eius quandoque est in statu pec-  
cati non debeam approbare. Et per hoc pa-  
tet responsio ad questionem propositam  
parte et etiam responsio ad obiecta.

Contra illa uerba post initium capituli octauis  
(perfecta charitas hec est ut quis paratus sit  
pro fratribus etiam mori etc.) obicitur quod si  
hec est perfecta charitas cum homo in perfec-  
ta charitate consistens non sit paratus mori  
pro deo. uidelicet quod perfectus amplius diligit pro-  
ximum quam imperfectus deum. Sed in contra-  
rium dicitur quod charitas quantumcumque  
parua diligit deum propter se, et super omnia  
hoc autem nunquam facit perfectus proximum  
Ac proinde iuxta hoc quod dicitur cum charitas sit  
nobilitissimum opus dei. et dei perfecta sint o-  
pera. et ex consequenti omnis charitas sit per-  
fecta. quomodo sic male ut uidetur distingui-  
t per perfectum, ac imperfectum.  
Possit etiam similiter iuxta hoc inquiri quo-  
modo charitas imperfecta habeat perfecti. et au-  
geri. sed de hoc uideatur in 1. distinct. 17. et  
in 2. distinct. 26 // R



R<sup>r</sup> Dicendum q. signum perfectę charitatis et affectus est promptitudo moriendo pro fratre. ista tamen promptitudo non inest charitati solummodo ex dilectione fratris, sed ex dilectione fratris relata ad dilectionem dei. quem perfectus super se et super omnia diligit. et ob cuius amorem etiam pro ipso fratre uult mori. id est quamuis non reperiat in uisio imperfecto respectu dei non tamen sequit. q. minus diligit deum, q. perfectus proximum; sed quod minus est dilectio unius respectu dei, q. alterius.

Ad id ergo quod obicitur q. semper charitas est perfecta. R<sup>r</sup> q. perfectum dupliciter dicitur uel in se. uel in ordine. loquendo de perfectione in se charitas in sui principio est imperfecta in se. sed per incrementum perficitur. loquendo autem de perfectione ordinis. quia omnia opera dei dicuntur esse perfecta sic charitas in quocumque statu se perfectionem habet. quia ordinata est in suum finem; et potest elicere debitam operationem. Aliiter distinguitur perfectio sufficientis. et excellentia. siue perfectio secundum naturam, et secundum tempus sicut in. 2. lib. distinc. 3. disputari solet.

Dici etiam potest (quamuis aliqua ex parte in idem redeat) cum dicitur Thomas hic q. hoc contingit ex eo. q. perfectus minus amat uitam corporalem, q. imperfectus. et iterum perfectus se facit ex superabundantia diuini charitatis. non enim potest esse, ut aliqua charitas tantum diligit proximum, quantum aliqui deum. Et sic due dilectiones non sunt nisi teni



us generis, sed altera est effectus, et causa diligendi, alia ut eius, quod est ad finem: et ut eius quod rationem diligendi ex alio sortitur, unde non sunt comparabiles.

Contra illa verba prope medium capituli ubi Cum ad perfectionem venerit dicit cupido dissolui etc. Arguitur quod beatus Martinus, qui valde perfectam habebat charitatem, multi vicinus dicebat, domine si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem. Item hoc ipsum videtur per rationem, quod maioris perfectionis signum est appetere laborare et affligi pro aliquo quam appetere, quiescere et vacare. ergo videtur quod ad perfectam charitatem non pertineat dicere, cupido dissolui etc. Sed potius cupido laborare pro Christo. Item Beatus Petrus dixit dominus (in amore perfectissimo) extende manus tuas et alius ducet te quo tu non vis.

Respondeo dicendum quod desiderium quiescendi cum Christo potest provenire ex duplici causa, vel propter tedium malorum presentium, vel ob contemptum terrenorum, et abundantem per gustationem celestium. primo modo est signum imperfectionis, non perfectionis, quod si recusat labor. Secundo modo signum est perfectionis, quod non recusat labor sed spiritus tanto amoris Christi desiderium arctat quod non potest inter se, et deum interpositionem temporalis periculis sustinere. Unde hoc signum est quod amatur deum perfecte. Alia vero que dicuntur in littera, facta sunt plana, atque magis exponunt distantiam proxima



proxima) q. si adhuc specialius solutionem ob  
lecturum videre desideras.

Ad primam Rr q. perfecta caritas inquantū  
sabet aliquid de amore concupiscentiæ, sic mult  
potissime finit des, sed secundum q. consistit <sup>in</sup> p  
cipaliter in benevolentia, sic facit principalit  
us appetere, id quod est des placitum. et sic lo  
quebat beatus martinus. Ad. 2. dicit q. illud  
intelligendum est de voluntate naturali, hæc  
autem de voluntate rationis.

De materia uero distinctionis istius agit diuus  
Thomas. 2. 2. q. 26. ar. 1. 3. et 7. et eum  
eo ipsius interpretet.



In nomine domini Amen. Quia in hoc mundo  
 non est nisi una veritas. Quae est deus  
 pater omnipotens. Qui genuit filium suum  
 unigenitum. Qui cum patre et spiritu sancto  
 simul adoratur et conglorificatur. Qui  
 per filium suum unigenitum. Qui cum  
 spiritu sancto descendit in mundum.  
 Et in carne factus est. Et habitavit  
 inter homines. Et factus est  
 obediens usque ad mortem. Et  
 mortem pro nobis sustulit. Et  
 postea resurrexit. Et ascendit in  
 caelum. Et sedet ad dexteram  
 patris. Et venturus est iudicare  
 vivos et mortuos. Amen.



Distinctio Trigesima qua incipit

Hic solet quæri. etc.

Post qz magister in precedenti egit de charitate secundum quantitatem motus. In hac distinctione. que unius tantummodo absolute capite agit de ea secundum quantitatem meriti. Et dividit in tres partes principales. In quarum prima usqz ibi (Augustinus tamen sentire) circa propositum movet quamdam dubitationem In. 2. usqz ibi (illud vero quod sequit) replicat contra ipsius determinationem. In. 3. parte movet quamdam incidentem questionem que in epiphonem redacta sic habet.

Amicorum dilectio simul cum inimicorum dilectione magis est meritoria qz ea que est amicorum ad utramqz comparata. Sit tamen que libet per se considerari. (Sicut sic unus alius dilectioris siue diu quid digne amicus et inimicus) magis meritoria est ea que est amicorum qz ex utroque quod autem Augustinus dicit. cum que est inimicorum esse meliorem. intelligendum est simul cum dilectione amicorum acceptam. nec ita licet opinio existimantium charitatem haberi posse sine dilectione inimicorum. occasione ex verbis Augustini sumpta qui dicere videtur inimicorum dilectionem esse perfectiorum. preceptum enim Sicut modo de dilectione extendit se generaliter ad omnes. nec est dicendum qz solus perfectus dilectio inimicorum sit in precepto. et alijs in consilio. ac proinde quod Augustinus dicit intelligendum est de perfecta inimicorum dilectione per quam exhibent eis signa amoris orando pro eis. et eis beneficia conferendo per quæ

in eodem Somine

perfectis

et non esse totum minimum quod ex audiunt in oratione dominica cum dicit et dimittimus debita nostra sicut et vos dimittimus etc qz multi dimittunt debita quia tamen inimicos non dum deliquit perfecte

ta



tamen non excludit quin et alij suo modo eos diligere debeant, et teneant. et sic de litera distinctioris, quam magister latius prosequit adductis precipue auctoritatibus. Augustini in enchiridion. <sup>14</sup>Matth. 5. 6. et. 22. Luc. 6. et deuteron. 6.

ex qua ~~conclusionibus~~ dicit conclusio in qua eius summa consistit, quae talis est magis meritoria est amici q̄ inimici et dilectio. quam ues Augustinus in uocat meliorem esse inimicorum dilectionem. nec secundum magistrum ad delectationem peccati est necessaria perfecta inimicorum dilectio //   
metrice sic maius habet meritum esari dilectio fratris q̄ tenet aduersi frigidus hostis amor

ex qua tres eliciunt conclusiones (uel ueluti membris) in quibus tota ipsius summa consistit Prima conclusio magis meritoria est dilectio amici q̄ inimici.

2<sup>a</sup> Augustinus uidet inimicere meliorem esse inimicorum q̄ amicorum dilectionem.

3<sup>a</sup> magister non negat q̄ alicui peccatum dimittat sine perfecta inimicorum dilectione.

Dubia Literalia siue textus expositio

contra illa uerba post initium ~~primi~~ capitis ( Sed si in aliquo uno homine, qui diligit simul amicum, et inimicum, quid horum potius sit querat obscura est responsio) Arguit. quoniam alius diuersificent per obiecta, et amicum et inimicum sunt diuersa obiecta, diuersa diligenda, impossibile est q̄ amicum et inimicum quis diligit uno motu. Item uirtus simplex et finita ad quocunq̄ se conuertit, totaliter se conuertit. Sed homo diligendo amicum conuertit se ad ipsam, ergo non uideat q̄ uno et eodem motu simul, et semel possit diligere inimicum.

R<sup>o</sup> Dicendum q̄, quamuis illud quod dicit magister sic uoluit usq̄ quaq̄ bene intelligi, se; possumus tamen uerumq̄ exponere, et ipsum

sum



sum saluare dupliciter. Primo sic. caritatem  
 enim erga aliquem affici dupliciter. uel pro-  
 prie et districte, et subproprietate. uel  
 in quadam generalitate cum alijs; sicut  
 N. g. dupliciter potest quis affici in amando  
 petrum, aut qd spiritualiter afficit circa ip-  
 sum, aut generaliter cogitat omnem ho-  
 minem esse diligendum. et generaliter cir-  
 ca omnem hominem afficit; secundumq; ex  
 igitur ordo caritatis. Si primo modo accipiatur  
 motus dilectionis in amicum, sic non potest  
 unus et idem motus qui est in amicum, esse  
 in inimicum, sicut rationes supra dictae osten-  
 dunt. Si uero secundo modo, sic potest esse idem  
 et sic accipit magister, cum dicit q. potest  
 esse unus respectu utriusq;. Aliet autem  
 potest sustineri. ut distinguamus q. dupli-  
 citer contingit uim aliquam moueri in  
 obiectum, aut nimirum motu simplici. et  
 absoluto; aut motu collatiuo et quodammodo  
 composito. Si loquamur de motu simplici  
 et absoluto. sic non potest unus et idem  
 esse in amicum, et inimicum; immo diuersi  
 sunt, quorum unus est intensior. et alter  
 remissior. Si uero de motu collatiuo, quo quis  
 afficit circa aliquod unum alteri pro-  
 ponendo, sic potest esse motus unus secundum  
 quod dicit magister secundum aliquid sui  
 intensior. secundum uero aliquid remissior.  
 In ista hęc patet responsus ad ea que obijciuntur  
 nam illa duo procedunt de actu simplici. et  
 absoluto, qui est respectu unius obiecti tantum  
 actus uero collatiuus potest esse respectu duorum  
 sub



sub ratione unius. Ad illud quod opponit  
 quod virtus affectionis non potest simul conuer  
 ti pacet responsio. ex hoc enim non concludi  
 tur q. non possit esse unus motus collatus  
 qz unus est reperire prius, et posterius. et  
 taliter quod unum propter alterum diligit, et  
 actualiter consideratione referat in illud.  
 circa illa verba post initium primici capitis  
 circa amicum qui videtur feruentur. ad ver  
 ba q. sunt intelligenda respectu ipsius obiecti  
 sed respectu finis. ille qui debet maiorem con  
 tiam in quantum suus est feruentur.  
 circa illa verba longe a principio primici  
 pietas (cum dicit in oratione. Dimittite nobis  
 deb. n. s. et. n. d. deb. n. illam enim sponsio  
 non dicit a multis impleri qui mundum di  
 ligunt inimicos) dubitat. qz videtur se con  
 ducit ad hoc. q. quicumque servat rancorem pec  
 cac dicens. Sane orationem. Sed R. q. no  
 peccat qz non dicit eam in persona sua. Sed  
 in persona ecclesie. vel si in persona sua no  
 quantum ad id quod agit, sed quantum ad  
 id aliud. quod optat provenire.  
 Sed adversus hoc idem. et eadem. Verba qz  
 inferius in litera circa medium capitis dicit  
 (proculdubio verba sponsionis huius imple  
 t) Arguit si non dimittit autem qz rogat  
 servat iram proximo, sed si servat iram cha  
 ritatem non habet. ergo in oratione sua no  
 est dignus exauditione. Nec videtur recte  
 orare. Item sicut dictum est omnes tenent  
 inimicos suos diligere, etiam inimicitias exer  
 centes. ergo omnes tenent eis, etiam non rogati  
 f



offensas dimittere) Rr Dicendum qd  
 contingit dimittere rancorem, et dimittere  
 signa rancoris. dimittere rancorem neces  
 sitatis est; et ad hoc omnes diligant, et ad id  
 tenet homo siue inimicus repugnet, siue ve  
 neam petat. dimittere autem rancorem  
 rancorem, sed et signa rancoris siue perfectio  
 nis est, neq; ad hoc tenet homo, nisi in casu  
 videlicet quando deus te, et similiter venia  
 postulatur. Et de hac dimissione loquitur Aug  
 ustinus. Obiectiones autem procedunt de alia  
 et per hoc patent tamlibera qd obiecta.

4

5

contra illa verba post medium eiusdem ca  
 pituli (quisquis uero roganti et poenitenti  
 non dimittit, non estimec a domino sua pecca  
 ta dimitti) Arguit, qd secundum hoc ut  
 supra modo dicebamus, omnis qui seruat  
 rancorem erga proximum <sup>se</sup> contra ipsum  
 orat, qd cum uoluit alij dimittere, iam petit  
 ex consequenti, qd nec deus dimittat sibi, et  
 qui petit qd deus non dimittat peccat morta  
 liter, ergo omnis qui est in rancore dicendo  
 orationem dominicam videt mortaliter pec  
 care. Rr qd omnis qui orationem domini  
 cam ex corde dicit intendit per eam impetrare  
 collationem bonorum, et remissionem malor  
 rum. Et qui intendit hoc a domino consequi,  
 constat qd aut poenitet, aut proponit aliqua  
 do poenitere. Sicut ergo aliquis odium habeat  
 tamen dicendo orationem dominicam non in  
 currit offensam mortalem, qd non intendit  
 petere qd fiat sibi secundum malam uolunta  
 tem



tern, quam nunc habet, sed secundum uolū-  
 tatem bonam, quam et si tunc non habeat  
 intendit tamen aliquando dei auxilio ob-  
 tinere. Si quis autem illam orationem di-  
 ceret nunquam proponens ab deo fratris re-  
 cedere, quamuis non intendere iram pe-  
 cere, culpam tamen suam sine dubio ag-  
 grauaret. uel dicat ut supra q. istam or-  
 tionem recitans non dicit eam in persona  
 sua sed in persona ecclesie cuius uult esse  
 membrum. Et quantum ad hoc non petit  
 contra se ipsum, neque intentione principa-  
 li, neque ex consequenti.

De materia huius distinctionis agit diuus Tho-  
 mas. 2. 2. q. 25. ar. 8. et 9. et q. 27. ar. 7.  
 et ibi eius interpres.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

De... 31...  
Faint, illegible text in the middle section of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



Distinctio .31. quæ incipit, Illud  
 .1. quod non pretereundum est  
 Postquam magister in precedentibus egiſſet  
 ordine charitatis. in hac distinctioſe que  
 quattuor capitibus continet agit de ipſius  
 duracione. Et dividit in tres partes prin-  
 cipales. In quarum prima a principio  
 distinctioſis usque ibi (adverterendum ta-  
 men est) inuestigat de permanentia  
 ritatis in statu viatorum. In .2. usque ibi  
 (nunciam) facit idem, quo ad statum  
 prehensorum. In .3. an predictus ordo  
 charitatis fuerit in Christo domini anima  
 et usque ad finem distinctioſis que in epy-  
 thymem redacta sic habet.  
 quidam opinati sunt charitatem semel  
 habitam amitti non posse. qd ut ait Apollolus  
 1. corint. 13. charitas nunquam excidit. et qd  
 ut Augustinus q. charitas, que potest deteri-  
 nunquam fuit vera. et multæ alie auctoritates  
 idem sonare videntur. Sed in contrarium est  
 ratio. et auctoritas. ratio qd quidam primo sunt  
 boni et postea efficiuntur mali. et sic primo habet  
 cha



Charitatem & postea amittunt eam. Christus  
 etiam dominus in euangelio dicit quorum  
 dam nomina scripta esse in libro uitae, qui  
 bus postea dicturus erat nescio uos, multi te  
 nim scripti sunt in libro uitae secundum praesentem  
 iustitiam, qui non sunt ibi scripti  
 secundum praesentiam, quia ad tempus ha  
 bent Charitatem, quam postea finaliter de  
 serunt. Sicque damnandi quandoque habent  
 et a praedestinati quandoque temporaliter a  
 mittit, quamuis non finaliter. Ad aucto  
 ritatem uero Apostoli cum dicit quod Charitas  
 nunquam excidit. Respondendum quod non intellexit  
 quod quoniam Charitas subito possit amitti. Sed  
 sic ibi comparatio de Charitate ad fidem, et  
 spem, quae non manebunt in patria, sicut  
 Charitas. Id etiam quod ait Augustinus quod  
 Charitas quae deserit potest non fuit uera in  
 intelligendum est quod non fuit uera quantum  
 ad ultimum effectum, qui est perducere ad  
 regnum coelorum, quamuis fuerit uera  
 quantum ad essentiam Charitatis. Alio  
 modo Respondet etiam, quod Charitas perfecta  
 amitti non potest, et sic soluerunt omnes  
 auctoritates in contrarium. Deinde quae  
 est cum Charitas uia uis sit ex parte (quae ex  
 parte diligimus) sicut fides spes et scientia  
 sunt ex parte, quare Charitas non euacuatur  
 sicut fides, spes, et scientia dicuntur euacuari.  
 et Respondet quod fides et spes totaliter euacuabitur  
 in patria, Scientia uero euacuabitur, quantum  
 ad actum et modum, qui nunc est, et non quan  
 tum



tum ad essentiam scientie. Caritas vero manebit in patria quantum ad essentiam et actum. et modum; exclusa tamen imperfectone. An autem in Christo fuerit ordo diligendi. videtur quod non quod si dilexit proximum sicut se ipsum. sicut voluit se salvare. ita voluit se de omnibus alijs. sed non omnes alij sunt salvati. ergo etc. sed Respondeo quod caritas et caritatis ordo fuerunt in Christo secundum patris et honorum unde et modum caritatis eorum qui sunt in patri ipse adhuc in via servavit. ita scilicet ut electos sicut se ad vitam eternam dilexerit eorumque salutem iuxta divinam optavit voluntatem. Christus ergo dominus sicut et sancti voluit id quod sciebat deum velle et ex consequenti voluit salvari illos scilicet quos sciebat deum salvari velle salvari et hęc de litera distinctionis quam magister latius prosequitur adductis precipue auctoritatibus. Luc. 4. 1. corint. 13. Augustini ad Julianum comitem et Sabell de poenitentia dist. 2. cap. caritatis. matth. 23. pro v. 5. Augustini Item super epistolam Joannis Gregorii super ezechielem. ~~et~~ in moralibus lib. 2. cap. 41 et Ambrosij super epistolam ad Romanos. Luc. 10. 42. Joannes. 6. 1. reg. 17. 1. corint. 13. matth. 23. 4. 1. ad Thimoth. 6. et Esichij super Leviticum. lib. 1. cap. 2

ex qua tres eliciuntur conclusiones (vel una tria membris) in quibus tota eius summa consistit. Prima conclusio. Caritas que amittit



si potest in uia, fide esse euacuatis manet in patria.

2<sup>a</sup> conclusio imperfectus Charitatis uig. tollit a beatis in patria.

3<sup>a</sup> Conclusio secundum q. homo in uia seruat ordinem Charitatis quem beatificabit in patria.

ex qua laimantibus elicit conclusio in qua eius similia con- sistent quod talis est Charitas manet in patria. uicis imper- fectus tollit in ea / Christus autem in uia seruat ordinem eius, quem beati Sa- bent in gloria

metrice sic

sepius in certis diu- rium perdit amorem quem tamen in uelis perdere nescit homo,

1. Dubia literalia, siue textus exposito contra illa uerba post initium primi capitis (Charitas que deserit potest nunquam uera fuit) Arguit. q. secundum hoc sequitur q. immutabilis sic de ratione uera Charitatis, ac per consequens cum homo in uia semper sit mu- tabilis a bono in malum nunquam habebit ue- ram Charitatem. Si dicas q. magister infra dicit q. ueritas illa non refert ad Charitatis essentiam, sed ad eius efficaciam, hoc non euacuat difficultatem, primo q. multi ui- uentes habent Charitatem que perducit eos ad ueram beatitudinem, et tamen quando in- uatores sunt, possunt Charitatem deserere ergo bene possunt ista duo stare simul scilicet q. Charitas fuerit uera, et quod deserit potue- rit. Item Charitas uig. et patria sunt unig- rationis, sed de ueritate Charitatis patet est q. sic immutabilis, ergo similiter est de uerita- te Charitatis uig. et sic uidet sentire Augusti- nus q. Charitas uera nunquam amittat. sed hoc est

est



est simpliciter falsum, sicut sicut per experi-  
mentum manifeste. ergo est.

Ad q. Verba citata sane possunt intelligi  
Et fiat vis in duplici verbo. primum ut fiat  
vis in verbo ex parte subiecti, in hoc quod  
dicitur Charitas, quae deserit potest. aliqua ve-  
rum proprietatis sicut qualitas deserit prop-  
ter hoc q. non potest resistere impellenti, ad  
qua autem deserit ex mera voluntate Sa-  
bentis. cum igitur dicit Augustinus q. non  
est vera Charitas, quae potest deserere. Sic intel-  
ligitur de illo amore, qui non habet efficaciam  
resistendi. talis enim amor qui potest con-  
tentione adveniente violentia quadam ex-  
pelli, non meretur nomen Charitatis, cuius  
est deum charissimum habere. et propter  
semetipsum, et super omnia diligere. et  
propter amatum omnia faciliter tollerare

et propter debilita-  
tem sui fragilita-  
tem q. quis minus  
diligat deum quam  
rem illam pro qua  
tunc peccat

Aliter potest intelligi ut fiat vis in hoc  
quod dicitur nunquam vera fuit quia virtus ve-  
ra dicitur dupliciter scilicet aut quae habet o-  
perationem sibi debitam, aut quae perducit  
ad finem propter quem est. et in proposito  
dicitur non esse vera Charitas, quae deserit potest  
quod si deserit, finis debitus non acquiritur. id est  
potius vana quam vera est reputanda. id est non  
loquitur sic Augustinus de quacumque poten-  
tia deserendi Charitatem. sed de potentia  
quae est alteri coniuncta.

Ad illud quod obicitur q. immutabilitas sic de  
veritate Charitatis est. Dicendum q. illud intel-  
ligitur de eo quod est immutabile per naturam  
non de illis, quod est immutabile, per diuina lar-  
gi



gitaris beneficentiam & contrarij bonitatis in  
fluentiam, sicut est caritas perfecta in pa  
ria.

2

Contra illa verba prope finem primi capitis  
(quorundam nomina Christus dicit scrip  
ta in libro vitę qui tamen postea abierunt  
retrę) Arguit quod est scriptum est in libro  
vitę cum ille liber sit immutabilis deleri  
non potest. ergo impossibile est q. aliqui qui  
in eo scripti sunt postea vadant retrę. et de  
illo libro deleantur.

est ergo questus Vtrum aliquis de illis libris  
possit deleri. Et sic videtur per illud, quod  
dicit in psalmo, deleant de libro viventium  
et. et exodi. 32. aut mitte eis Sarcinam  
aut deleant de libro vitę. Sed monstrariu  
est quod dicit super illud Apocalyp. 3. non  
delebo eum. ubi glossa. Liber aut vitę est  
prescientia dei, in qua omnia sunt constanti  
a. iuxta hoc ergo querit de libro vitę. quid  
sit? et quis eius usus?

Ad hoc Breuiter. dicendo quantum spectat  
ad propositum (quod questus ista determinat  
in 4. lib. cum agit de resurrectione) quod cum  
liber vitę sit diuina dispositio secundum quam  
aliquis ordinat ad vitam. et reputat esse dig  
nus vita; aliquis potest dici dupliciter scribi  
in illo libro. vel secundum presentis iustitię  
reputationem; vel secundum finalis gratię  
pursuionem. Et primo modo dicit scribi in  
libro vitę. quod scribuntur eius merita. Secundo  
autem modo, non solum quod scribuntur eius me  
rita



uita. Sed etiam, quod ipse ordinat ad uitam se-  
cundum predestinationem diuinam. quod pri-  
mo modo scribitur, delet quantum ad preter-  
itam iustitiam, quod iam non reputat dignus  
uita. qui secundo modo scribitur nunquam dele-  
t. Deletis autem illa, non dicit aliquam im-  
munitatem factam circa ipsum deum, sed  
solum circa meritum immutatum. Et sic  
patet Responsio ad obiectionem

3  
circa illa verba pro medio capitis secun-  
di (de perfecta intelligit, quam soli perfec-  
ti habent) ad uertendum quod perfecta quam  
dicit non esse amissibilem. est quae est inco-  
firmata, uel in uia, uel in patria, uel in ed-  
legit non quod non possit amitti, sed quod difficile  
ad modum amittat.

4  
contra illa verba ad finem capitis quarti  
(Christus electos tantum sicut se dilexit  
et unquam salutem optauit) Arguitur. Sec. Sati-  
or fuit in Christo dominus, quod in nobis, sed nos  
non diligimus solummodo electos, uerum et  
presens, ergo et Christus. Item illi dile-  
xit Christus, quos uoluit saluos fieri, sed  
Secundum quod dicitur 1. Timotheo. 2. ipse uult  
omnes homines saluos fieri, ergo uideat quod tam  
electos, quam reprobos dilexerit. Item angelus  
non tantum seruiunt electis, immo etiam  
malis, et eos quibus seruiunt uolunt perdu-  
cere ad uitam, ergo diligunt eos ex charitate  
ergo a fortiori Christus ex charitate omnes di-  
lexit. Et si hoc uerum est, tunc non est uerum  
quod magister dicit.

Et dicendum, quod sicut in primo lib. dicitur in  
Luntal



Voluntas in deo distinguitur secundum duplicem  
 modum. est enim voluntas in deo antecedens  
 et voluntas consequens. voluntas antecedens  
 est solummodo ex ipso: voluntas consequens  
 pendet ex causa nostra. Et per hunc mo-  
 dum duplex est distinguenda dilectio in Chris-  
 to videlicet dilectio quae est secundum volun-  
 tatem antecedentem, et haec quidem omnes  
 diligebat; quia omnes ad salutem pervenire  
 cupiebat, quantum ex se. et dilectio secun-  
 dum voluntatem consequentem. et haec, quia  
 respicit merita finalia, non omnes diligebat  
 nec omnes ad salutem pervenire cupiebat.  
 Et de hac ultima intelligit magister. argu-  
 mentum autem procedit de prima. et per  
 hoc patet solutio obectorum.

De materia huius distinctionis agit divinus Tho-  
 2. 2. q. 24. ar. 11. et 12. et 3. p. q. 89. ar-  
 2. et ibi sunt interpretes. et 1. 2. q. 67. ar-  
 2. 3. 4. et 5. et ibi eius interpretes







Distinctio. Trigessimam secundam que  
 2. incipit. Premissis adiciendum est et  
 Postquam magister in precedenti eque de dilec-  
 tione creata, quae deum diligimus. In hac  
 distinctio, que quinq; capitibus continet  
 agit de dilectione increata, quae a deo diligim<sup>ur</sup>  
 dividit autem in tres partes principales. In  
 quarum prima a principio usq; ibi (conside-  
 rat enim) agit de dilectione communiter res-  
 pectu creaturarum omnium. In 2. parte  
 usq; ibi (de reprobis uero) agit de dilectione  
 dei specialiter respectu bonorum. In 3. ad  
 huc specialibus respectu reproborum. et locus  
 q; ad finem distinctiois. que in epithosum  
 redacta subicit.

de dilectione dei dicere uolens magister ponit  
 eandem esse charitatem increatam, quae deo  
 nos diligit, et qua nos eum diligimus, scilicet  
 diuinam uiam seu essentiam, quod quidem  
 ex parte dei certum est. ex parte autem nostra  
 nisi



nisi et Sabitum esse concedat e charitatem in  
 mente diligentis a spiritu sancto infusum  
 non concedit. <sup>admittit</sup> de quo et supra dictum est. et  
 specialiter in. i. distinct. 17. prefata autem  
 dilectione deus una eademque omnia crea-  
 ta ab eterno dilexit, ipsam in se considera-  
 do. (sicut puta quae est eterna, et immutabilis,  
 dei essentia) quae nec magis nec minus susci-  
 pere potest. secundum efficientiam autem  
 id magis ab eterno dilexisse dicitur, in tempore  
 sine summatione plus boni imper-  
 tre. unde et secundum effectum, unum  
 plus uno tempore quam alio diligite dicitur. quod  
 probat per Augustinum super Joannem ubi  
 ait, quod deus diligit omnia, quae fecit, et sic  
 diligit omnem creaturam, sed magis mem-  
 bra Christi unigeniti sui, et amplius ipsum  
 Christum. quod autem de electis attribuitur  
 absolute deum eos ab eterno dilexisse, de  
 reprobis non concedit, nisi cum additione  
 scilicet in quantum opus eius erant futuri  
 vel in quantum eis confert aliqua bona tem-  
 poralia, vel gratuita bona ad tempus. Et  
 hinc de littera distinctionis, quam magister  
 Latius prosequit adductis precipue auctori-  
 tatibus. Augustini super Joannem <sup>Som. 110</sup> et lib. 6.  
 de trinitate. cap. 16 / genes. 1. Sapientis. 11. Phi-  
 lipp. 4 et Malach. 1. Jacobi. 1. ad ephes. 1. et Rom. 9

Ex qua tres eliciuntur conclusiones (vel una  
 tri-membus) in quibus tota eius summa consis-  
 tit

immo legitur quod dile-  
 xit Jacob. et Esau  
 odio Sabuit.

inquan-  
 tum con-  
 fert illi  
 maiora  
 bona uno  
 tempore  
 quam alio

et Rom. 9



Prima conclusio secundum magistrum eadem est dilectio qua nos deus diligit, et qua diligimus ipsum.

2<sup>a</sup> dilectio dei non suscipit magis et minus secundum essentiam, sed secundum distributionem, et efficientiam.

3<sup>a</sup> conclusio. simpliciter loquendo non dilexit deus reprobos ab eterno.

ex qua ratione dicitur  
dicitur conclusio in  
qua eius similitudo  
sistit, que talis est.  
iuxta sententiam  
magistri eadem est  
dilectio, qua deus di-  
ligit nos, et nos ipsum  
dilectio autem de se  
secundum essentiam  
non suscipit magis  
et minus. Nec deus  
simpliciter dilexit re-  
probos ab eterno -  
metrice sic

Dubia literalia siue textus expositio circa illa verba in principio primi capitis (premissis ad sciendum est de dilectione dei qua ipse diligit nos) videtur q. hoc in primo Lib. determinare debuerit. Sed dicendum q. etiam in primo Lib. potuit convenienter potuit, in quantum divina dilectio est divina essentia. Et sic poni congruenter potest, in quantum est exemplar nostre dilectionis. Subiungit autem magister. Hicq. dilectio dei usia est, quoniam dilectio et essentia sunt idem in deo re. et differunt ratione tantum. Contra quod arguitur sic. si dilectio dei est divina substantia vel essentia, ergo sequitur q. deus incipit diligere sic deum esse. sed deus non est aliud a se ergo neq. aliud a se diligit. Item deus incipit aliquem diligere. sed dilectio eius est eius essentia, ergo deus incipit esse. Item nullum q. eternum est temporale. neq. ullum temporale est eternum. sed

non est unus amor  
Sicut asserat ipse ma-  
gister  
quod caleo omnipo-  
tens. et pius ardet  
furore.

Et radix virtutum, et  
ut ostendat differen-  
tia dilectionis nostre  
ad divinam. Hec enim  
est divina substantia  
siue essentia, nostra  
vero dilectio est affec-  
tu ordinata // - //.  
et ideo.



sed dilectus dei, quia diligit iustus iustus est  
temporalis, deus uero dilectus est eterna. ergo di-  
lectus dei non est diuina substantia.

R<sup>o</sup> ad hoc et consimilia breuiter. q. duplici-  
ter possumus loqui de dilectioe dei. scilicet  
aut a parte principalis significati, aut a par-  
te compositi. si loquamur de ipsa quantum  
ad principale significatum, sic est dei essentia  
quod eterna, et non aliud q. deus. si autem  
quantum ad compositum, sic dicitur aliquid  
temporale, et habet respectum ad extrinsecum  
quod est a deo diuersum, et quod non est dei  
substantia, sed causatum a dei substantia.

Et quantum ad hoc procedunt illa tria ar-  
gumenta, et sic patet eorum solutio.

contra illa uerba ad medium capitis tertij (ab-  
sue deus aliquem temporaliter diligit) Ar-  
guit sic. aliquis qui modo est malus incipit  
esse bonus. sed deus malus odit et diligit bo-  
nos. ergo cum iste desinat esse malus in tem-  
pore, et incipiat esse bonus, uidet q. deus istum  
temporaliter desinat odisse, et incipiat ipsum  
diligere. Item in deo idem est uelle, quod fa-  
cere, sicut dicit Augustinus, et dicitur in  
lib. 1. ergo idem est uelle alicui bonum, et  
facere ei bonum, sed deus temporaliter alicui  
bonum facit, ergo temporaliter ei bonum uult  
ergo temporaliter diligit.

R<sup>o</sup> Dicendum q. est dilectus electiois, et  
dilectus approbationis. Prima est eterna, sicut  
et uoluntas dei: secunda uero ratione compositi  
potest esse ex tempore. Et de prima intelligit



Augustinus. Dilectus autem procedit de secu-  
da. Vel aliter sic quod est temporaliter potest  
referri ad verbum diligendi, ratione altius  
principalis. vel ratione commutati. Si ratione  
altius principalis, sic est falsum. Si enim est  
altius diuinae voluntatis, quo est <sup>modo</sup> aeternus. et  
sic intelligit Augustinus. Ut constat ex litera  
sequente, ait enim sic, ut deus temporaliter  
aliquem diligat, quasi in via delectatione quae  
in ipso ante non erat. Si autem intelligatur  
quantum ad commutatum, sic concedi potest  
quod deus temporaliter aliquem diligat. et  
in hoc sensu currit argumentum. //

¶ Contra illa verba ad medium capitis quinti  
(de non electis uero simpliciter est conceden-  
dum quod est odus Sabuit) Arguitur quod omnem  
Sominem, quem deus dilexit in tempore  
ab aeterno dilexit. cum dilectio dei sit causa  
omnis boni. sed multi praesenti sunt, qui ha-  
bent presentem iustitiam, et gratiam, quam  
eius deus ab aeterno preparauit, et dare dispo-  
suit. ergo ab aeterno est dilexit.

Ac proinde iuxta hoc querit. Vtrum deus  
magis diligat peccatorem praedestinatam quam  
iustum praesentem. Et quod magis peccatorem  
praedestinatam uideat. quoniam sapienter est  
magis considerare finem, et exitum rei, quam  
initium, uel progressum, sed deus istum pec-  
catorem, qui tamen est praedestinat, sicut ipsum  
futurum amicum suum finaliter, alium  
uero minime. ergo magis diligit eum. Pre-  
terea. isti uult dare aeternam beatitudinem. et  
pro



quod est summum  
bonum.

proponit facere, alij uero non, ergo magis  
diligere peccatorem predestinatum, q̄ iustum  
prestitum.  
Sed contrarium est, q̄ iste peccator est magis  
deo dignus, q̄ iustus, ergo minus exama-  
bilis. Item iste magis diligit deum, ergo  
magis etiam a deo diligitur, cum deus magis  
diligat diligentesse. R̄. Dicendum q̄  
sicut tetigimus est dilectio approbationis  
et est dilectio electionis. dilectio approbatio-  
nis, cum sit temporalis, respicit statum pre-  
sentem. dilectio autem prelectionis, cum  
sit eterna, respicit illum statum, in quo ho-  
mo debet eternaliter permanere, et quo  
nam reprobj, quamuis bonis sint, non ta-  
men finaliter diuine permanere iubentur  
ideo non uult magister ~~magister~~ concedere  
q̄ a deo eternaliter diligantur, nisi uerbum  
diligendi a ratione propria distrahatur. v̄  
de magister bene concedit cum determina-  
tione, sine determinatione uero dicit eam  
non esse concedendam: q̄ eius intellectus  
falsitati appropinquat. Et per hoc patet  
Responsus ad illud quod querebat consequen-  
ter, q̄ quantum ad dilectionem tempora-  
lem, que respicit statum presentis iustus ma-  
gis diligit deus iustum prestitum. Quantum  
uero ad alium modum diligendi, magis dili-  
git peccatorem predestinatum. Si tamen dis-  
potest admitti magis. Et si quis simpliciter  
loqueretur, quem magis diligit? Respondendum  
est, q̄ simpliciter magis diligit eum, quem  
pre



predestinat, qz eum quem reprobat, qz non  
est gustus de somine quantum ad qualitate  
culpe, sed quantum ad ordinem nature res  
pectu gratie et glorie

De materia huius distinctionis agit diuus Tho  
2.2. q. 62. ar. 12. ad. 3. et q. 30. ar. 2 ad  
1. et ibi eius interpretes.







Distinctio Trigessimam Tertiam quae  
 incipit. Post praedicta de quattuor virt. etc.  
 Postquam magister in precedentibus egit de vir-  
 tutibus theologis. In hac distinctioe quae  
 unico concludit capite. incipit agere de vir-  
 tutibus cardinalibus. et dividit in tres par-  
 tes principales. In quarum prima a primi  
 pro distinctioe usque ibi (quae in libro  
 plenissime) earum quidditatem inquirunt. et  
 quare cardinales nuncupent. In 2. usque  
 ibi (veruntamen artus) An Christus eas  
 habuerit. sicut sic in via habere? In 3. par-  
 te an in patria maneat vel euacuetur  
 et sic usque ad finem distinctioe. quae in 2.  
 pythone redacta sic habet. ||. ||. ||  
 Post tractatum de virtutibus theologis a-  
 gendum de virtutibus cardinalibus seu prin-  
 cipalibus. quae quattuor sunt scilicet iustitia  
 (quae ut Augustinus ait) est in subveniendo  
 miseris. prudentia quae est in precauendis in-  
 sidijs. fortitudo in perferendis molestijs. et  
 temperantia in moderandis tentationibus pra-  
 uis. quae idem cardinales dicuntur quia in eis  
 quae in cardine vita nostra uoluitur. et benevi-  
 uimus. et post hanc uitam eis mediantibus  
 ad uitam peruenimus eternam. Et sic in li-  
 bro (de uisus plenitudine omnes accepimus)  
 plenissime fuerunt secundum usum quem  
 habent in patria. atque etiam secundum eum  
 quem habent in uia, quo ad passiones extrin-  
 secas illatas. et quamuis secundum aliquos tres  
 earum scilicet. prudentia. temperantia. et  
 for



fortitudo non sint in patria remansura. <sup>tamen</sup> Sed  
 Sola Iustitia que est perpetua et immortalis.  
 secundum scripturam perficitur in patria. Sed  
 secundum ~~magistrum~~ magistrum omnes quattuor  
 in patria remanebunt quantum ad Sa-  
 bitum. et si alium ibi usum sint Sabitiorq;  
 qz in uia. quod confirmat per auctoritatem  
 Bede. et hęc de Litera distinctionis, quam  
 magister Sabinus prosequitur adductis precip  
 auctoritatibus. Augustini lib. 14 de trinitate  
 cap. 9. sapientie 8. Ioannis. 1. et Bede su-  
 per exodum. 26.

ex qua Hęc elicitur conclusio ~~in~~ in  
 qua eius tota summa consistit.

quattuor sunt uirtutes cardinales, quas  
 Sabine Christus, et Sabebunt in patria om-

metrice sic  
 quattuor egregias uirtutes sancti  
 sancta moderamina  
 vitæ  
 virtutes Chulthome  
 ms Sabuisse negat.

Dubia Literalia siue textus expositus  
 contra illa uerba post initium ~~promissum~~  
 capitis istius distinctionis (iustitia est in  
 subueniendo miseris ut ait Augustinus) At  
 que qz iustitia distinguitur contra miseriam  
 uiam aut misericordia est pars iustitie uirtu-  
 tis. ergo cum ipsius misericordia sit subueni-  
 re miseris. male sic definit Sabinus iustitie  
 uirtutis. Item iustitie est reddere unicuique  
 quod suum est sed aliquibus debemus ho-  
 norem, aliquibus subueniorem, ergo pro  
 dicta iustificatio, seu definitio non conuenit v-  
 niuersaliter iustitie obedientia enim est pars  
 iustitie, et tamen non est pars in subueniendo  
 mise



miseris, sed in obediendo mandatis / R. q.  
 magister, sive Augustinus. cuius leges  
 da sunt non intendit definire ipsam ver-  
 tute[m] generaliter, sed secundum suum po-  
 tissimum statum: in quo et secundum quem  
 conformamur ad Christum. Et quoniam  
 in isto statu iustitiae ceteri multi sunt maxi-  
 me conformamur Christo in subicienda  
 misericordia<sup>et</sup> debemus subiciendi iustitiam  
 dicere. idem ipsa per actum istum definit  
 non quod generaliter omni iustitiae concerni-  
 at. sed quod concernit iustitiam in suo potissimo  
 statu. ex hoc tamen potest colligi eius gene-  
 ralis definitio, quod sicut miseris debemus  
 subiciendum; ita alijs generibus Domi-  
 num, alia et alia debemus. Unde genera-  
 lis iustitiae ipsius iustitiae ex hoc potest  
 elici. quod iustitia est virtus reddens unicuique  
 quod suum est. Et sic patet Responsio ad  
 duo proposita obiecta.

Notandum tamen est, quod subiciere mise-  
 ris possumus dupliciter, aut prout move-  
 mur sub ratione debiti, aut prout simpli-  
 citer consideramus necessitatem proximi  
 cui compatendum est. Primum est ius-  
 titiae, secundum misericordiam. Verumta-  
 men sicut dictum est, misericordia conti-  
 netur sub iustitia cardinalis. Sicut aliquo  
 modo iustitia distinguitur contra misericor-  
 diam, propter quod advertit quod iustitia di-  
 citur multis modis, uno modo large prout ge-  
 neraliter dicitur restitutum caritati, sive in  
 declinando a malo, sive in faciendo bonum, et

hinc



Hoc modo iustitia est virtus generalis secun-  
 dum quam quilibet homo sanctus dicitur esse  
 iustus. Alio modo dicitur proprie iustitia  
 relictudo ordinans ad alterum in reddendo  
 ei, quod suum est. et sic est virtus cardina-  
 lis. Tertio modo dicitur iustitia magis pro-  
 prie secundum quod dicitur relictudinem in red-  
 dendo id, quod est poenae et accipit ubi ius-  
 titia pro severitate. et sic iustitia distin-  
 guitur contra misericordiam. et est pars  
 iustitiae cardinalis. Si autem quaeras qua-  
 re iustitia magis accipiat generaliter, quam  
 alia virtus? hoc est quod nomen imponitur  
 ab ordine relictudinis, qui generaliter con-  
 venire potest omni virtuti.

Contra illa verba ibidem sequentia (pro-  
 ventra in praecavendis insidijs) Arguetur  
 quod cum insidiae sint de contingentibus fu-  
 turis, et occultis, et ista non cognoscantur per  
 virtutem aliquam, sed potius per donum  
 prophetiae, non videtur quod iustificatio illa con-  
 veniat prudentiae. Item tres sunt partes  
 prudentiae, sicut dicit Tullius, scilicet me-  
 moria, intelligentia, et providentia, et  
 sola providentia est respectu futuri, ergo  
 ipsa sola est in praecavendis insidijs, ergo  
 ista definitio prudentiae non est communis  
 et generalis.

Rr. Dicendum quod sicut praedictum est de  
 iustitia, ita intelligendum est de prudentia  
 quod sicut actus prudentiae consistit in praecavendo  
 insidias, ita magister per alium  
 illum



illum desinit prudentiam. Unde verum est  
 quod illa notificatio accipiendo prescise conve-  
 nit uni soli prudentie parti, que est providen-  
 tia. tamen large accipiendo omnes partes  
 providentie ordinant ad istam. quod memo-  
 ria preteritorum, ordinat ad cautelam fu-  
 turorum. Parum enim valet esse circum-  
 spectum in his, que facta sunt nisi per hoc  
 fiat homo circumspetior in his que sunt  
 facienda.

Ad illud ergo quod obicitur quod futurum nisi  
 per prophetiam dignosci non possunt  
 dicendum quod quamvis non possint ab aliquo  
 sciri cognitione certitudinis possunt tamen  
 presciri cognitione coniectura, sicut insigni-  
 nis presentibus notificat homo futurum e-  
 ventum

3 Contra illa verba que ibi post initium ca-  
 pituli sequuntur (fortitudo in perferendis mo-  
 lestiis) Arguitur quod secundum quod dicit Philo-  
 sophus in hoc distinguit patientis a forti quod pa-  
 tiens patitur et deditur, fortis nec patitur nec  
 deditur. ergo non videtur quod fortitudo sit in per-  
 ferendis molestiis. Item omnis virtus est  
 circa delectationes et tristitias. ergo fortitu-  
 do non tantum est circa ea que molestant  
 sed etiam circa ea que delectant. Et rursus  
 cum omnis virtus sit circa delectationes et  
 tristitias, videtur quod producta desinitio omnivir-  
 tuti conveniat. Ad Quendum quod ferre  
 molestias. et si habeat adiumentum sibi pati-  
 tamen plus dicit actionem quam passionem. illa  
 enim



enim dicitur ferre molestias qui perfecte eas  
 fert. Hoc est qui in eis non succumbit sed  
 qui eis super effertur. et talis dicitur fortis.  
 cum ueritate, quod non solum non deducit ve  
 rum etiam magis agit, quod agit. et hoc est  
 proprium ipsius fortitudinis. Sicut etiam o  
 mnis uirtus circa delectationes et tristitias  
 consistat per modum electionis, et fugge. So  
 La tamen uirtus fortitudinis consistit per  
 modum supportationis et tollerantis. et  
 sic manifesta sunt illa duo que opponuntur  
 contra illud quod ibi sequitur (temperan  
 tia in uercendis tentationibus prauis) Ar  
 quit Christus dominus maxime habuit  
 temperantiam. et Adam in primo statu  
 ce tamen nec unus nec alter eorum tunc  
 prauas delectationes arcebant. ergo per dicta  
 definitio seu notificatio ex Augustino de  
 sumpta non est conueniens. Item perfecte  
 uercere delectationes prauas, est ipsas non  
 sentire sed hoc est primum. et non aliquid  
 posituum. ergo cum quis sibi uirtus sa  
 beat altum potissimum et posituum per  
 quem notificat non est assignata defini  
 tio temperantis sustinenda.

Et quod sic definit temperantia secundus  
 statum naturę lapsę. in quo delectationes  
 prauę oriuntur. et per uirtutem temperan  
 tia refrenantur. et circa hoc consistit maxi  
 ma difficultas temperantis in uitalibus  
 et in hoc conformatur Christo. Sicut non  
 omnino. quod Christus dominus suus modis  
 delectationes, nec sensit, neque eis consensit. nos  
 tamen



tamen quamuis non consentiamus. eas ta-  
men sentimus. et sic aliquo modo ei con-  
formamur. cum delectationes huius modi  
exerceamus. Unde exercere potest dicere quã-  
dam resistantiam respectu huius modi delec-  
tationum que est inordinata repressio -  
uel potest dicere omnis inordinata delecta-  
tionis absentiam et privationem. et prim-  
um est Sermonis in statu nature lapsus. se-  
cundum vero Christi. et potest esse Sermonis  
instituti.

Cum autem arguitur quod omnis actus virtu-  
tis est positivus. Rr q. possumus loqui de  
actu interiori, et de actu exteriori. Et q. actus  
ille sic positivus habet veritatem si intel-  
ligatur de actu interiori. Si tamen de exte-  
riori fiat sermo. non est universaliter ve-  
rum. velle enim carere aliquo quod non  
debet, virtutis est. et velle abstinere ab a-  
liquo quod non licet. et sic ad virtutem spec-  
tat silentium. et ieiunium. quamuis ete-  
rum non loqui, et non manducare sunt pri-  
vationes. tamen velle non loqui et non  
manducare sunt actus positivi virtutis.

5 Contra illa verba longe a principio capitis  
(Sed virtutes cardinales dicuntur ut ait Hiero-  
nimus quibus benevivit in hac mortalitate  
et post ad eternam vitam pervenit.) Argui-  
t nec enim videtur recta ratio nominis assigna-  
ri. per hanc namque rationem omnis vir-  
tus erit cardinalis. quia per quamcumque bene-  
vivit. et omnis virtus est via pervenire ad  
regnum. Item cum cardinales dicantur quod sunt  
cardinales et principium movendi cum ba-  
ritas

principa-  
les



ritas sit magis principalis et principium  
vivendi sequit q, caritas etiam sit virtus  
cardinalis. Item cum ipsa sit non tantum  
virtus, sed etiam auriga virtutum, et alia  
rum directiva videt q, debeat dici cardina  
lis alijs.

iuxta hoc ergo querit quare huiusmodi vir  
tutes dicuntur magis cardinales politicae q, s  
theologicae. et. Rr q, he virtutes dicuntur  
consuetudiniales, politicae, et cardinales. cō  
suetudiniales dicuntur ratione sui principij ori  
ginalis secundūq, acquiruntur ex frequen  
ti bene agere. Politica vero dicuntur ratio  
ne operationis et exercitij sibi debiti, q, sicut  
theologicae dicuntur q, ordinant hominem  
ad divina et hominem faciunt quasi divi  
num. Sic istae virtutes dicuntur politicae, q,  
reddunt hominem bene ordinatum ad vi  
vendum inter homines. unde politica vir  
tus dicitur a Polis, quod est pluralitas, car  
dinales vero dicuntur ratione finis ultimi  
q, per istas est ingressus ad celestia regna  
duplex est enim porta ingrediendi in ce  
lum, videlicet per observantiam manda  
torum; secundum illud matth. 19. si quis  
ad vitam ingredi serva mandata. et per  
tolerantiam tribulationum, secundum  
illud alioy. 14. per multas tribulationes  
oportet nos esse. Ad ista autem duo prin  
cipaliter ordinant istae quattuor virtutes  
et ideo dicuntur principales, et cardinales  
propterea vero istae principaliter ordinant  
q, sumuntur a nominibus propriis secun  
dum



dum quas homo debet uersari in agendis.  
 et patiendis. in omnibus enim agendis uel  
 patiendis debet homo attendere arduitate  
 secundum quam uirtutem attendit  
 fortitudo. et equitatem secundum quam  
 attendit iustitia. et honestatem secundum  
 quam attendit temperantia. et uirtute  
 tem secundum quam attendit prudentia.  
 et quia istae quattuor uirtutes cardinales  
 ad quas reducuntur omnes uirtutes indu-  
 cunt ad recte agendum. uel patiendum. i-  
 des istae quattuor uirtutes dicuntur cardina-  
 les. et principales. et sic patet. quare sic  
 nominentur. et quia ratio Nicomachi. que  
 ponit in littera est ualde bona.

Nec ualet obiectio de uirtutibus theo-  
 logicis. et de caritate. quoniam ipsae theo-  
 logicae uirtutes tanquam excellentiores sorti-  
 untur nobilissimum nomen. Preterea ratio su-  
 muntur secundum illas quattuor uirtutes  
 principales. que requiruntur ad uirtutem  
 ratione quarum istae uocantur cardinales.  
 Et per hoc patet illud. quod obiebat  
 primo et secundo. Ad tertiam autem ob-  
 iectionem similiter patet responsio. quod  
 omnes uirtutes istae equaliter dicuntur car-  
 dinales pro eo quod istae omnes rationes per se  
 quas accipiunt equaliter sunt necessariae  
 ad uirtutem. ratio ardui et honesti. et de-  
 biti siue pulchri. et eligibilis

6 circa illa uerba longius a principio capitis  
 in quo subuertuntur usus eisdem, quos in pa-  
 tria



tria Sabere. et quosdam etiam usque  
 tardum quod virtutes quae consistunt circa  
 passiones illatas Sabuerunt eundem usum  
 in Christo domino; quem in robis propter  
 passibilitatem corporis. Sabuerunt etiam  
 usum, quem Sabent in patria propter per  
 fectionem animae. Sed de virtutibus quae  
 sunt circa passiones immatas scilicet est. quod  
 istae passiones in Christo non fuerunt ut es  
 set necessarium, eas per virtutem contube  
 re. Unde etiam tentari quidem potuit  
 ab hoste. sed non a carne

circa illa verba ad medium capitis (in  
 mortalis est iustitia omnino est) aduen  
 te quod commutatio sic magister iustitiam in su  
 a beatitudine permansuram, <sup>et quod</sup> nega  
 sit tres virtutes desinent in ea. scilicet  
 prudentia, fortitudo, et temperantia.  
 Et quae ratio suus et de ordine quat  
 tuor istarum virtutum, quod magister sem  
 per sic permittit iustitiam: et secundo.  
 subiungit prudentiam. Tertio fortitudinem  
 et quarto temperantiam.

Sed in contrarium suus est. quod Philosophus  
 in prosecutione suarum virtutum primo  
 ordinat fortitudinem. et secundo tempe  
 rantiam. Item videt quod prudentia debe  
 re omnibus alijs permitti, quod ostendit vi  
 am alijs, ergo sicut palpebrae debent pro  
 cedere gressus; sic videt quod prudentia ordina  
 da est ante alias. Item sapientia B. permitti  
 et continentia, et subiungit prudentiam. et  
 tertio



Tertio iustitia. Et quarto fortitudo, dicit enim  
sic Sobrietatem docet, et sapientiam. Et  
iustitiam. et uirtutem.

Quod dicendum quod quatuor uirtutes possunt  
quadupliciter considerari, secundumque  
quattuorsunt. et secundum quaduplicem  
considerationem, que quolibet primo loco potest  
ordinari. Sabet enim uirtus comparari ad  
subiectum. et Sabet comparari ad obiectum.  
Ad subiectum autem comparat dupliciter  
aut secundum ordinem, in acquirendo.  
et sic oportet incipere a continentia. quia  
sicut medius color alijs coloribus subterni  
t. sic munditia carnis permitti debet a  
lijis uirtutibus. et sic ordo considerat in libro  
sapientie. ubi permittit alijs. Alio modo  
comparant uirtutes ad subiectum. secun-  
dum ordinem in perficiendo. et quia per-  
fectio <sup>in</sup> exercitio uirtutum cognita precedit  
sic prudentia omnibus alijs Sabet proponi  
et sic permittit eam Bernardus ad Euge-  
nium. dicens quod non tantum est uirtus. ue-  
rum etiam alicuius uirtutum. Si autem uis  
siderent per comparationem ad obiectum  
hoc ad hoc potest esse dupliciter. quia obiectum  
uirtutis est bonum et difficile. secundum  
Philosophum. et idem si comparant ad ob-  
iectum sub ratione difficultatis. sic potest  
esse fortitudo. que magis considerat difficile  
et sic paulo ordinat Philosophus in ethicis pro-  
mittens fortitudinem alijs. et deinde grada-  
tim descendens secundumque magis et minus Sa-  
berit



bene rationem difficilis. Si autem comparā  
 t sub ratione boni. Sec prima omnium est  
 iustitia. cuius magis est ordinem considera  
 re. Et alijs bonum suum communicare. et  
 Secundo ordinat Augustinus et magister  
 in litera. Et ex his patet responsio ad ob  
 iecta. Patent etiam ea que dicuntur in lite  
 ra. Et ex his que quæsitacione possunt  
 formari sex problemata præter illa que  
 quæsitacione quattuor videlicet de finiti  
 onibus ad huc quattuor virtutum. Et duo  
 sequentia de earum virtutum nomine et  
 ordine.

contra illa verba prope finem capituli (sed  
 alios usus habebunt scilicet in patria dicitur  
 virtutes) Arguitur quod sequitur quod sunt aliqui  
 tunc. quod habent distinctionem per actus. sed  
 Quod sicut motus ad terminum. et quies  
 in termino pertinent ad eandem virtutem  
 naturalem. ita quies in fine non requirit  
 alium habitum quod motus tendens in finem  
 ipsum. et Secundo diversificantur actus vir  
 tutum in via et in patria.

De materia huius distinctionis agit d. Tho  
 1. 2. q. 63. ar. 1. et 2. et q. 64. ar. 1. et  
 3. et q. 67. ar. 1. et 2. et q. 61. ar. 1. et  
 2. et 3. et ibi ipsius interpretis.



*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*







Distinctio. Trigesima quarta  
 que incipit. Nunc de septem donis etc.  
 Postquam Magister in precedentibus egit de  
 virtutibus in hac distinctioe que undecim  
 capitibus continetur incipit agere de donis  
 et dividit in tres partes principales. In  
 quarum prima a principio usque ibi. (Ecce  
 quod de timore) Agit de donis in communi.  
 In 2<sup>a</sup> usque ibi (illud quoque diligenter)  
 Agit de timore in specialibus. In 3<sup>a</sup> inferit  
 quendam ex determinatis. et huc usque ad  
 finem distinctiois, que in epistolam  
 redacta sic habet.

Post tractationem de virtutibus de donis  
 spiritus sancti sermo instituendus est que  
 et ipsa secundum Ambrosij sententiam  
 virtutes sunt operationem humanam per  
 ficientes. et sunt septem scilicet donum  
 sapientie. intellectus. consilij. fortitudinis  
 scientie. pietatis et timoris. que et in pa  
 tria desitura non sunt. immo abundantius  
 us a beatis secundum tamen alius alij  
 que in via habentur. que et in Christo domi  
 no fuerunt iuxta Isaiam uaticinium. requi  
 eret inquit super eum spiritus sapientie  
 etc. cum autem de ceteris minus dubij  
 habeat ea in patria permanura de ti  
 more specialiter ostendit de quo scriptura  
 dicit. timor domini sanctus permanens  
 in seculum seculi. Unde ipse in patria erit  
 redum per effectum. sed etiam secundum  
 habitum. sed est timor multiplex nempe  
 alij



Alius mundanus <sup>qui</sup> et etiam Summanus di-  
 citur et sic malus est et vitandus eo enim  
 contra deum ponit carnis pericula et te-  
 porales amissiones bonorum. Alius dicitur ser-  
 vilis quod scilicet quis a peccato se conti-  
 bet ad poenam vitandam qui bonus  
 bonus quidem est sed insufficientis. Alius  
 est initialis, quod quis iam amare incipit  
 quod dicitur videbat. et sic prodes peccata  
 deruitat. respectum tamen et ipse ad poe-  
 nam scabit et ista est cum charitate quod  
 servilem timorem excludit. est deinde  
 filius timor castus et filialis seu amicabi-  
 lis qui de amore procedit, quod ne dilectum  
 quod quod modo offendat, quod timet. timor  
 enim filialis tria facit, primo timere de-  
 um ne offendamus, quod diligimus. se-  
 cundo ne ab eo separeremur. tertio facit  
 nos ipsum revereri, et quantum ad duo  
 prima timor non remanebit in patria  
 sed quantum ad tertium aditum, qui est  
 revereri, qui non est aliud quod dilectio cum  
 subiectura. et sic usus timoris fuit in  
 Christo. Sicut quidam dixerint quod timor  
 non fuit in Christo, neque est in angelis ni-  
 si secundum effectum, quod facit timere et  
 non secundum habitum. //

Hec ergo sunt quattuor timoris genera  
 quamvis auctores quidam pauciora dis-  
 tinxerint. Beda enim non posuit nisi du-  
 os timores praetermittens mundanum, et  
 sub servili comprehendens initialem, et  
 sic



Sic non possunt nisi seruilem & castum  
 Hinc et diuersus modus loqueri proce-  
 nit. et si autem timor seruile cum cha-  
 ritate non sit et tamen locum preparat. et  
 ei egredere ut in sumis de seta, et filo appa-  
 ret. initialis uero introducit eam. et ma-  
 net cum charitate imperfecta. perfecta  
 enim charitas foras mittit etiam hunc ti-  
 morem; quod habet annexam anxietatem  
 poenae. Sub hac distinctio, id quod Ioan-  
 nes Apostolus ait timorem in charitate  
 non esse. Et dauid e contra dicit timorem  
 in seculum permanere. et aperta est utri-  
 usque ueritas. si primum de seruili, alte-  
 rum autem de casto timore accipiatur  
 quorum etiam distinctio accipi potest  
 a simili de muliere una adulterium  
 deuitante. ne a uiro deprehendat et pu-  
 niat. et altera ne ab ipso deserat. Ini-  
 tialis autem timor interius medius est  
 quodam modo. nam peccare cauet par-  
 tim peccati timore. partim etiam uirtu-  
 tis amore. qui uia cum seruili dici potest  
 initium sapientiae. alio tamen respectu. quod  
 seruet cum sapientia. seu charitate ue-  
 nit. quam seruile ut altum est inducit  
 Porro dominum timoris in patria. ut profo-  
 tum est. permansurum in christo fuit se-  
 curdum altum reuerentiae. qui quicquid  
 poenam timuerit. non tamen per hoc mun-  
 danus uel seruile. uel etiam initialis timor

intelligi

*[Faint handwritten notes in the right margin, including phrases like "et si autem timor seruile cum charitate non sit..."]*



in eo esse potuit ob perfectissimam ipsius  
charitatem. poenas autem timuit ex na-  
turali quodam timore, qui et sumamus  
dici potest. qui ex peccato molevit, quem  
ipse sicut et alios defecit sine peccato -  
tamen pro nobis voluntarie assumpsit.

Ambrosij. lib. 1. de  
spirit. sancto. 1. corin-  
12. Cassiodori sup  
psalm. 127. August  
1. corin. cap. 12. psal  
110

Et hinc delicta distinctio, quam Ma-  
gister Latus prosequitur ad ultis auctoritati  
69 precipue Bedae. Augustini super psalm. 127. et ad  
isai. 11. 1. Joannis. 4. psalm. 5. et 8. hinc Rom. 8.  
69. 5. matth. 10. Luc. 12. Augustini etiam  
super epist. 1. Joann. 4. et proverb. 1. et eccl. 1.

Ex qua trimembri  
elicit conclusio in  
qua eius summa con-  
sistit que talis est  
septem dona spiritus  
sancti in patria non  
cessabunt. et timor  
servilis a charitate  
excludit. existit au-  
tem timor in domum  
in Christo secundum  
usum Patris cum ti-  
more quodam alio na-  
turali.

ex qua tres eliciunt conclusiones in quibus  
tota eius summa consistit. vel si maius una  
trimembri.

Prima conclusio septem dona spiritus sanc-  
ti que viventes sunt in Christo fuerunt et  
in patria non cessabunt

2<sup>a</sup> timor servilis cumque sed pro servili-  
acceptus a charitate excludit.

3<sup>a</sup> conclusio Timor in domum existit in  
Christo secundum usum patris cum timo-  
re quodam alio naturali.

metrice sic  
in Christo Patris cultum existisse

refuisse timorem.  
flaminis ut salti ege-  
ra dona reor.

Dubia literalia, siue textus expositio  
circa illa verba in principio capituli secundi  
ex isaia desumpta (et replebit eum spiritus  
timoris domini) queque cum eque benefice  
re Christus repletus alijs donis. cur specialiter  
dicit spiritus timoris domini fuisse repletus?

Item



Item cum spiritus domini ut idem propheta dicit. cap. 66. requiescat in humilis. unde et q. verbum requiescendi potius debuisse donis timoris accommodari et attribui.

R. q. q. donum timoris videtur proferre et sonare quamdam imperfectionem, ne aliquis existimaret in Christo illum perfectum et perfecte non fuisse, ideo magis propheta cum de illo loquitur potius quoniam alijs donis vere verbo repleti. est etiam alia ratio quia dona dabantur in Christo ut perfecte disponeret ad patendum et sustinendam similitatem passionis, quam ipse principaliter venit in hoc mundo ostendere, et docere. ac provida ut manifestaret hęc veritas dicit ipsum spiritu timoris fuisse repletum, quia timor inter omnia dona maxime expedit ad similitudinem. Duplici ergo causa verbum illud donis timoris appropriat, quamvis omnibus conveniat videlicet propter erroris exclusionem, et propter veritatis manifestationem, quę sunt et appropriacionis cause sufficientes.

Ad obiectum R. q. donum timoris preparat hunc alij, et q. locus proprie non dicitur quiescere. sed magis locatum in loco. Hanc est q. verbum quiescendi magis attribuitur spiritui, et alijs donis, quoniam donis timoris

Contra illa verba post initium sacrorum capitulis (timor domini initium sapientie) inquitur inquit q. servilis timor initium est sapientie. Arguitur q. sapientia non est in peccatore inquit reperitur servilis timor. ergo male dicitur



dicat q. est principium sapientie. Item  
 Cibus est principium q. principiatum vel  
 saltem q. que nobile, sed timor terribilis n. r.  
 est nobilitas neq. q. que nobiles sicut sapien-  
 tia. ergo non potest eius principium.

R. Dixerunt q. timor dicit principium  
 sapientie pro quibus disponit ad sapientia  
 suscipiendam et recedendum a culpa. un-  
 de sic dicitur dispositio potest quoddam modo dui  
 principium eius ad quod disponit sic etia  
 timor dicit principium sapientie

Ad illud quod dicit q. principium et prin-  
 cipiatum non possunt se compati in eodem

R. q. habet iterum de principis quod est  
 intra deo autem quod est principium  
 extra solum modo locum preparans n. r.  
 Item et hoc secundo modo dicit timor domi-  
 ni initium sapientie. Ad 2. obiectum

R. q. duplex est principium scilicet dispo-  
 nens, et efficiens sed perficiens illud au-  
 tem iterum est de principis perficiente  
 iterum de principis disponente.

circa illa verba ad finem capituli certij (qui-  
 dam tamen secundum effectum timore  
 in Christo et in angelis tantum esse co-  
 teridit) dubitat et videt q. dicant ve-  
 ritatem. q. ut dicit. 1. Joann. 4. affectus  
 timoris penam habet sed in Christo glori-  
 ficato. et in angelis beatis nulla est affectus  
 poenae. ergo non est timor quantum ad  
 affectum. sed solum quantum ad effectum.

Sed in contrariis huius. Arguit quoniam  
 quod q. domum nobilitas est quantum ad sui  
 esse

3



essentiam, q̄ quantum ad effectum. Si ergo donum timoris est in Christo, et in angelis, quantum ad effectum, multo magis est in illis, quantum ad affectum. // //

R̄ Dicendum q̄ in timore duplex est affectus, et duplex effectus. unus qui attendit in quadam mentis resolutione a malo aliis, qui attendit in quadam resolutione a seipso auiduo. Primi timoris effectus est in alium respicere. Secundi timoris effectus est facere deo subiacere, et eidem obedire unus autem solus utrumque effectuum eo uenit patrie. Sicut uterque affectus conueniat isti statui. Et sic rationes ad utramque partem possunt facile dissolui.

4 Contra illa uerba in principio capituli quartum (Secundum est quattuor esse timores) ut quid prius contra ordinem a magistro obseruatum. uidetur enim inordinate procedere in tractando, quoniam uia de spiritalia procedit diuinitatem, ergo prius est timorem diffinire, q̄ diuidere. Si dixeris q̄ non est unam communem definitionem ipsius timoris assignare, opponit quod timor habet ortum ex amore, et unam possimus definitionem assignare. Sicut Dionisius definit amorem per uiam unitiuam; uidet q̄ similiter sic ex parte timoris. Sed In contrarium Suius opponitur q̄ quando aliquid in una sui acceptione est passio, in altera uero est habitus, et qui uice dicitur. Sed timor, qui est donum est habitus, timor uero naturalis est passio, ergo de timore

amoris

no



non potest assignari una communis ratio.  
 Item Augustinus, et Damascenus timo-  
 rem definiunt; Augustinus super Ioannē  
 sic, timor est fuga ne amittat, quod tra-  
 bet. Damascenus sic, Timor est expectatio  
 futuri mali. sed neutrum convenit timo-  
 ri in statu patris, sicut patet. ergo non vi-  
 detur quod possit generalis ratio ipsius timoris  
 inveniri.

Iuxta hoc ergo queritur de istis duabus  
 definitionibus prædictis, quoniam videntur  
 sibi contrariari. Si enim fuga et expecta-  
 tio opponuntur. Et timor est fuga sicut  
 dicitur Augustinum. non ergo est expecta-  
 tio, ut dicit Damascenus. Ulterius

Queritur iuxta hoc Vtrum timor secundū  
 generalem sui acceptionem habeat unū  
 obiectum commune. Quod enim sic, vide-  
 tur quod naturalis timor conformis est gra-  
 tuitus. Et gratuitus glorioso, alioquin nec  
 timor naturalis perficeret a gratuito, ne-  
 que gratuitus a glorioso. Et autem esse  
 non possit (ut de facto est) nisi haberent  
 unum obiectum commune ergo est.

Item tanta generalitatis est amor quā-  
 ta est timor. sed omnis amor est respectu  
 obiecti sub una ratione, scilicet sub ratio-  
 ne boni. ergo videtur similiter de timore.  
 Sed contra est quod timor videtur esse respectu ma-  
 li, timor autem patris non est respectu  
 mali, cum ibi nullum sit malum. ergo  
 non videtur quod timoris videtur. et timoris patris  
 possit



possit esse unum obiectum commune. ac) //  
 por hoc una communis ratio assignari) Itē //  
 timor ut est respectu futuri. timor autem  
 patris respectu futuri non potest esse. ergo  
 non possunt communicare in ratione unius  
 obiecti. Rr Dicendum q timor cum in ul  
 tas habeat differentias. De illis nec dicit o  
 mino uniusce. nec quivice. sed secundum  
 quandam analogiam. ubi autem est  
 analogia. ibi est comparatio ad aliquid  
 unum secundum prius et posterius. ma  
 xime ubi est proprie analogia. et ideo  
 timor secundum omnes suas differenti  
 as habet aliquod obiectum. siue nam  
 rationem, circa quod consistit eius actus  
 secundum prius et posterius. Obiectum  
 autem timoris. sub ratione sua generali  
 est arduum. actus vero communis est desi  
 litus ab illo arduo, et hoc est in omni tim  
 re reperire. Unde una communis ratio po  
 test de omni timore assignari. Et dicitur  
 q timor est resultus ab aliquo arduo, siue  
 excellenti. siue illud arduum sit in genere  
 boni, siue sit in genere mali. sed cum est  
 in genere boni est resultus cum reverentia  
 cum vero est in genere mali est resultus cum fu  
 ga. Sed qz iuxta analogiam frequenter la  
 tet q quivice quaedam secundum Phil  
 sophum, propter tollerandam ambiguitate  
 magister prius malum dividere, qz de  
 finire. qz in multis primus est divi  
 dendum, et postea definiendum. et hinc est  
 q dicit Augustinus. et Damascenus. timore  
 enim



enim definiunt, non quidem in sua gen-  
 eralitate sed respectu mali. et quod timores  
 per se non habent duplicem autem habet unum  
 antecedentem, qui est estimatio. sive in  
 peccis, quia quis credit malum, sibi super-  
 venturum, <sup>et</sup> consequenter est fuga illius  
 mali estimati. Hinc est quod illorum  
 definitur per expectationem, alterum ve-  
 ro per fugam. itaque nulla est ibi repug-  
 nantia. Accipit enim ibi expectatio  
 largi pro quacumque estimatione, sive  
 creditate de aduentu mali. et per  
 hoc patet Responsio. Ad primum quod  
 querebat, de timoris notificatione seu  
 definitione.

Ad illud vero quod querebat ulte-  
 rius de timoris obiecto. Querendum  
 obiectum eius est arduum, sub ratione  
 ardui, et excellentis, et quodammodo  
 super excellentis. Unde quod obicit  
 de malo et defuturo non valet, quia  
 ratio non respicit timorem, nisi quan-  
 tum ad statum eius, neque ad hoc genera-  
 liter in statu enim iudicatur timor reve-  
 rentie, sicut ex precedentibus constat.  
 obicit secundo contra numerum et  
 divisionem, quam de timore ponit Ma-  
 gister. primum quod videtur esse insufficientis,  
 omittit enim timorem naturalem. I-  
 tem, quod videtur sibi contradicere. Primum  
 enim dicit quattuor esse timores, et postmo-  
 dum



dum subiungit quinqz. q. si dixeris quod se //  
 enumerat pro uno mundanum et hu-  
 manum contra. Timor mundanus sur-  
 git ex concupiscentia oculorum, timor  
 humanus ex concupiscentia carnis, sed  
 ista concupiscentia sunt diversa ergo et  
 illi timores.

suxta hoc quod cum sex differentie ad  
 signum videlicet naturalis, mundanus,  
 humanus, servilis, imitatus, et filialis  
 peres quod sumant. Et quomodo distin-  
 guantur? Rr. Dicendum q. sex timoris  
 differentie habent distinctionem secundum o-  
 riginem differentiarum suarum. timor  
 enim, aut est ex natura, aut ex libidine  
 sive concupiscentia, aut ex gratia. Si est  
 ex natura, tunc est timor naturalis. Si  
 ex concupiscentia sic est dupliciter, aut  
 scilicet ex nimio amore sui, et sic est hu-  
 manus; aut ex nimio amore suorum  
 et sic est mundanus; si vero ex gratia gra-  
 tis data sic est servilis, aut ex gratia gra-  
 tum faciente inclinata et sic est imitatus  
 aut est ex gratia perfecta et sic est filialis  
 ex quo patet q. sex sunt differentie timo-  
 ris secundum suam generalem divisi-  
 nem ex parte suae originis.

Ad illud ergo quod opponit de insuffi-  
 entia magistri q. non ponit nisi quattuor.  
 Rr. q. magister, cum intendit hoc  
 agere de timore dono, non dividit timore  
 nisi eatenus, quatenus ad propositum suum  
 ex



expellat. Timor autem donum quadrup-  
 liciter habet considerari. aut per compa-  
 rationem ad suum oppositum, quod ex-  
 pellit. Et sic est timor malus, qui opponi-  
 tur dono spiritus sancti ut mundanus et  
 humanus, quod magister non diuidit  
 licet sint timores diversi, quod sub una ra-  
 tione considerat videlicet in quantum op-  
 positionem habent ad donum timoris scilicet  
 per comparationem ad obiectum minus pr-  
 incipale. et hoc quidem est malum poen-  
 et sic est timor seruilis aut per compara-  
 tionem ad obiectum magis principale  
 quod quidem est malum culpa sine offe-  
 sa. Et sic est timor initialis, aut per co-  
 parationem ad obiectum maxime prin-  
 cipale, quod quidem est excellentia ma-  
 iestatis diuine. et quantum ad hoc est  
 timor filialis. et sic patet quod secundum  
 duplicem comparationem ipsius timo-  
 ris doni, assignantur quattuor timoris dif-  
 ferentia. et magister sufficienter diuidit  
 timorem quantum expellat ad propo-  
 situm. ) Aliiter potest dici quod timor sub  
 ratione doni potest secundum aliam co-  
 siderationem quadrupliciter diuidi. quod  
 timor autem est oppositum simpliciter dono  
 et sic est una differentia scilicet munda-  
 nus et humanus; aut est donum tamen  
 cum opposito doni, et sic est timor seruilis;  
 aut est donum cum opposito, cum quadam  
 tamen approximatione. et sic est timor initi-  
 alis

neque uero quando  
 cumque timet periculum  
 carnis dicitur timor  
 humanus, nec quan-  
 do timet amissionem  
 boni temporalis dicitur  
 timor mundanus -  
 sed tantum quando  
 talis timor est inordi-  
 natus, et perinde sem-  
 per sonat in malum



alis: aut est perfectum donum et sic est timor  
filialis. et sic patet sufficientia membrorum  
bonorum. et solutio obiectorum.

6 Contra illa verba in principio capituli quinti  
(et attende q. huius quattuor distinguuntur timores)  
Arguitur sequitur enim vel magister esse sup  
fluum, vel Bedam diminutivum. Item iux  
ta hoc quod de dimissione quam ponit Damas  
cenus ponitur sex differentias quarum nullam  
ponit. nec magister nec Beda. aut autem  
q. sex sunt signa timoris scilicet segnitates et  
rubescencia verecundia, admiratio, stupor  
et Agonia. videtur enim secundum hoc. q. aut  
magister. aut ipse Damascenus in dividen  
do non recte procedat. et iuxta hoc queritur  
de sufficientia membrorum. quam ponit da  
mascenus

R. Dicendum q. possumus quadrupliciter  
loqui de timore. aut secundum ~~esse~~ ~~secun~~  
dum quod est donum simpliciter. aut secun  
dum quod est donum et oppositum dono. aut  
secundum quod est comprehendit donum et oppo  
situm dono. et passionem naturam. aut speci  
aliter de ipso secundum q. timor est passio  
naturam. Si secundum est donum sic dividit  
in duo membra. et sic accipit Beda dividens  
timorem in servilem. et castum. q. potest  
se donum gratuitum. aut gratis datum. Si  
secundum q. comprehendit donum. et opposi  
tum dono. sic est divisio magistri in quattuor  
membra. ut dictum est supra. quia enim ma  
gister largius accipit ides plura membra ponit  
si autem sumus pro ut comprehendit donum. et  
oppositum dono. et etiam passionem naturam. Sic  
divi



diuidit in sex membra posita prius. Si uersus  
 prout specialiter accipit pro passione naturae  
 sic est diuisio Damasceni quae est quasi sub  
 uel dicamus cum // diuisio respectu precedentis.  
 diuisio Thomae et // Sufficiens autem et aduersus horum mem  
 forte in idem redit // brorum sic patet. quod timor passus aut est res  
 quod Beda distinxit // pectum mali aut respectu ardui: Si respectu ma  
 mores secundum // Si, aut respectu mali in se. aut respectu mali  
 quod retrahunt a ma // in ordine ad culpam. Si respectu mali in se  
 lo culpa. et destit // ad hunc dupliciter nimirum aut quod timet  
 xie secundum retra // difficultas in opere superexcedens uires nostras  
 hentia, quae sunt du // et sic est segnitudo. quam ipse Damascenus  
 o. scilicet poenam futu // dicit esse timorem futurae operationis. aut  
 ra. et separatio a deo // prout timet malum poenae, nec tamen est a  
 sed magister distin // nobis. sed a fortuna et per accidens. et sic est  
 xie timores secundum // Agonia, de qua dicit ipse Damascenus. quod Agonia  
 inclinationes ad ma // timor est per casum. sive infortunium  
 lum. et secundum // Si autem est timor mali respectu poenae in  
 retractionem non // comparatione ad culpam. hoc etiam potest  
 solum quantum ad // esse dupliciter. aut respectu culpae, quae iam est  
 motiua. sed etiam // et sic est uerecundia, de qua dicit Damascenus  
 quantum ad status // quae uerecundia est timor alii. aut respectu  
 culpae quae non est. sed potest esse et sic est exu  
 bescentia de qua dicit Damascenus quod erubescencia  
 est timor in spectatione cogniti. Si  
 autem est respectu ardui aut magni tunc alii  
 est magnitudo in quod non possumus cognos  
 ceri et operando propter defectum cognitio  
 nis. et tunc est admiratio de qua dicit Dam  
 ascenus quod admiratio est timor in magna  
 imaginatione finita. aut est arduum ad quod  
 in assueti sumus et sic est stupor. de quo aut quod  
 stupor est timor ex inassuetata imaginatione  
 et uel aliter. aut timore passionis timet quod  
 de



de se est timendum; aut timet quod de se timendum non est. Si timet quod de se timendum est. Hoc potest esse tripliciter. quoniam aut est presens. et sic est verecundia; aut futurum certum et sic est erubescencia. aut futurum dubium. et sic est Agonia. Si autem timetur aliquid quod de se timendum non est. tunc potest esse tripliciter. aut propter defectum virtutis; et sic est segnitia. aut propter defectum cognitionis. et sic est admiratio. aut propter defectum consuetudinis. et sic est stupor ex quo patet per delictorum numerus. et sufficientiam nec non et responsio ad obiecta.

7 Contra illa verba circa medium capitis quinti (Amicabilem vero timorem castum dixit) Arguitur quod alius videtur timor castus et alius amicabile. et alius filialis. aliud enim timet sponsa. et aliud amicus et aliud filius; filius enim timet patris indignationem. amicus voluntatis dissensionem. sponsa complexuum separationem. ergo illi sunt diversi timores.

iuxta quod queritur propter quid timor perfectus sortitur illa vocabula: et quare magis vocatur amicabile. quod socialis?

Et Respondendum. quod licet isti timores in his sensibus habeant differentiam. tamen respectu dei. unus et idem timor censetur. Et hoc triplici ratione. Sicut enim una est gratia que facit esse filium dei per adoptionem. et facit etiam amicum. et desponsat animam in coniugium. Sic etiam in proposito est intelligendum; quoniam unus atque idem timor est, quo  
quis



quis timet amittere deum, si se separari ab  
eo sub hac triplici ratione. et ex hoc patet  
quare iste timor sic tripliciter nominari gaudeat.

Pacet etiam Responsio ad argumenta  
contra illa verba ad finem capituli septimi  
(sed ex eo quod mala carnes corrigite) Arguitur  
quod Augustinus dicit, quod in timore servus ma-  
net voluntas peccandi. ergo non corrigit se  
sed R. quod manet voluntas non absoluta sed  
conditionata, quae uelitas dicitur ut scilicet  
peccare si impune liceret.

Contra illa verba in principio capituli noni  
Sciendum tamen est, quod uergetur timor scilicet ser-  
uile, et initialis in scriptura diuersus locus di-  
citur initium sapientiae) Arguitur. si timor initi-  
alis dicitur quod tres inchoat sapientia, et gratia  
et timor seruile est etiam huiusmodi. ergo ti-  
mor seruile non distinguitur ab initiali, quod est  
falsum. quare ergo iustitiae propter quod  
timor in sacra scriptura potius dicitur initium  
sapientiae, quod aliud donum? et quare magis  
dicitur initium sapientiae, quod alius alterius  
doni, aut uirtutis, aut gratiae.

R. quod cum duplex sit initium scilicet intra  
uel extra initialis denominatur a principio  
intra, quod est natura principium intrinsecum  
seruile autem habet rationem principij ex-  
tra et propterea neque erit neque debet dici in-  
itialis. cum autem quare quare magis dicitur  
et principium sapientiae quod alterius doni. R.  
quod in proficiendo in bonum donum timor est  
primum inter omnia dona. et donum sapien-  
tiae est supremum. cum ergo ratio initij et prin-  
cipij debeat attribui primo. Nunc est quod ratio ini-  
tij



tij debet attribui timorij. qz non in se ipso sta-  
 tu est. Et sine est qz timor magis dicitur primum  
 primum sapientie qz alius alterius doni -  
 ex his autem quibus in littera dicta sunt possent  
 formari sex problemata de timore ut primum  
 sic de timoris definitione. Secundum de ob-  
 jecto. Tertium de divisione magistri. quartum  
 de divisione doni. quintum de doni gratuiti  
 nominatione. Sextum eandem et ultimum  
 de eius comparatione ad donum sapientie. cu-  
 ius dicitur esse principium ut dictum est non qz  
 ea perfectior sit. aut eam creans eius essentia  
 sed sicut dispositio ad ipsam, a qua incipit mo-  
 tus in sapientiam perueniens. // //  
 de materia huius distinctionis agit diuus Thom  
 1.2. q. 68. ar. 1. 4. et 5. et 2.2. q. 19. art  
 4. 8. et 10. et ibi eius expositores.







Distinctio Trigessima quinta quae  
 incipit. Post praemissa diligenter est.  
 Postquam magister in precedenti distinctio-  
 ne egit de omni absolute. In hac quoque quattuor  
 capitulis continetur agitur de ipsis respectue  
 seu comparative. et dividitur in tres partes  
 principales. In quarum prima a principio  
 usque ibi (ostensa differentia) ponit differen-  
 tiam inter sapientiam, et scientiam. In  
 secunda usque ibi (et notandum) assignat  
 discrimen inter sapientiam, et intel-  
 lectum. In 3<sup>o</sup> differentiam inter scien-  
 tiam, et intellectum, et tunc usque ad finem  
 distinctio-  
 nis, quae in epyltho meo redacta sic  
 habet.  
 Et si tam sapientia quam scientia prout donasunt  
 spiritus sancti divinarum humanarumque  
 rerum notitia dici possunt. proprie tamen sa-  
 pientia est rerum divinarum, et humanarum  
 cognitio scientia vero cognitio rerum su-  
 ma



manarum secundum Augustinum. et hoc  
 loquendo de sapientia non secundum Phi-  
 losophos, sed secundum Apostolum. i. corin-  
 th. quid dicit ibi, alij dant ~~scientiam~~ sapientiam <sup>sermo</sup>  
 alij scientiam scientiam. Nec tamen scien- <sup>nam.</sup>  
 tia est de omnibus rebus humanis, sed de  
 humanis. perque fides adiuvat aliquo mo-  
 do. Item secundo secundum eundem Au-  
 gustinum sapientia et scientia differunt  
 In hoc q. sapientia est de illis, quae ad divi-  
 num cultum, et delectationem pertinent. sci- <sup>et sic the</sup>  
 entia vero de his, quae pertinent ad aversio- <sup>osebia ap</sup>  
 nem, quae est in meditationis pravitate, et <sup>pellatur</sup>  
 peruersa. Item secundum eundem Au-  
 gustinum sapientia et scientia tertio dif-  
 ferunt, quia sapientia pertinet ad dei con-  
 templationem. scientia autem ad altitatem  
 sapientia est de divinis, scientia de huma-  
 nis. et ideo de Christo dominus Sabemus sci-  
 entiam, et sapientiam, quia deus est et homo.  
 Consequenter etiam ponit differentiam in-  
 ter sapientiam, et intellectum, in eo q. sa-  
 pientia est proprie de eternis, intellectus  
 de deo, et rebus invisibilibus creatis indif-  
 ferenter. Item intellectus consistit in so-  
 la creatoris, et creaturarum invisibilium  
 cognitione. Sapientia vero, in creatoris cog-  
 nitione, et delectatione.  
 ex quibus patet differentia inter illa tria  
 quia scientia valet ad bonam conversatio-  
 nem, et temporalium rerum administrati-  
 onem, intellectus valet ad creatoris, et crea-  
 tu



aturalium invisibilium cognitionem. Sapi-  
 entia vero ad dei cognitionem, et dei dilec-  
 tionem. Ne tamen quis credat q, intel-  
 lectus et scientia de quibus sic agit cum un-  
 cere homini a natura, aut q, naturalia  
 sine. advertit q, non est sic, sed q, a deo in-  
 feruntur animabus sanctis. per quos etiam  
 in illis intellectus, et mens reformantur. nec  
 tamen sapientia ista est deus ipse. sed do-  
 num ipsius, qz a deo homini infertur ut  
 sit particeps suorum sapientie. Unde quem  
 admodum dicitur Justitia que a deo est vel  
 quam, aut quia deus dat homini, cum eum  
 iustificat. sic et sapientia dei dicitur, vel qz  
 deus est. vel quam dat homini deus ut sit  
 sapiens. et sic de Litera distinctionis, quam  
 magister Satius prosequitur adductis pricipu-  
 auctoritatibus. 1. corint. 1. et. 12. Augusti-  
 ni lib. 12 de civitate. cap. 14. et lib. 13. cap. 16  
 et lib. 12 de ecclesiasticis officiis. et Job. 28

et sup psalmu  
 135. in encic. c. 2  
 ad Philip. 2. Joan. 1.

ex qua tres eliciuntur conclusiones (vel una  
 triumbris) in quibus eius tota summa con-  
 sistit.

1<sup>a</sup> conclusio. Inter sapientiam et  
 scientiam que dona sunt spiritus sancti dif-  
 ferentia assignanda est.

2<sup>a</sup> Donum sapientie distinguitur a dono  
 intellectu.

3<sup>a</sup> conclusio intellectus et scientia prout  
 sunt spiritus sancti dona, differunt inter se  
 et ab intellectu, et scientia prout sunt a na-  
 tura.

ex qua ~~conclusiones~~  
 elicitur conclusio in qua  
 eius summa consistit -  
 que talis est.

Donum scientie a do-  
 no sapientie secerne  
 et hoc a dono intellectu  
 Hoc autem a scientia  
 et ab intellectu prout  
 est a natura  
 metice sic  
 est distincta ab alijs prout  
 clara scientia donis.  
 numine quam sacro  
 diuinitus esse datam



~ Dubia Literalia siue textus expositio  
 contra illa verba post initium primi capitis ( 1  
 Sapientia est rerum humanarum & diuinarumque  
 scientia ) Arguit. quoniam scientia secundum  
 Philosophum secantur ut res, hoc est diuiduntur  
 secundum diuersitatem subiectorum, sed res  
 diuinae, et humanae, creatae et increatae siue  
 diuersitate differunt, ergo nulla sapientia potest  
 esse de utrisque. Item res humanae in compa-  
 ratione ad diuinas fere nihil sunt, sicut finitum  
 infinito comparatum, ergo siue prae-  
 nihil ad diuina supra lineam, ita neque cognitio  
 rerum humanarum supra diuinae cognitio-  
 nem quod quae addere potest. et ex consequenti  
 cognitio humanarum rerum non potest esse  
 de integritate ipsius sapientiae, neque in eius  
 definitione collocari

R. Dicendum quod nomen sapientiae secundum  
 quod accipitur pro cognitione dupliciter consuevit  
 a Philosopho usurpari; sicut et nomen ius-  
 titiae dupliciter sumitur. est enim iustitia spe-  
 cialis, et iustitia generalis. Iustitia specialis  
 est cardinalis uirtus ab alijs distincta. Iustitia  
 a uero generalis generaliter complectitur omnes  
 uirtutes, et sic sapientia proprie dicta est cog-  
 nitio altissimarum causarum. Sapientia au-  
 tem communiter dicta comprehendit et includit  
 cognitionem omnium, et ob hoc dicit Philosophus  
 quod sapiens de qualibet re siue est, inquit cog-  
 nitus



omnes

noscere rationem. Et hoc modo sapientia inc-  
 ludit in se duas scientias. et non solum illas  
 que sunt de creaturis, sed etiam illas que sunt  
 de creatore, et creaturis. Et quoniam omnine  
 Summius potest intelligi omnis creatura quia  
 ipse cum omnibus communicat, sicut dicit Gr-  
 gorius. Nunc est q. magister definiens sapienti-  
 am dicit ipsam esse cognitionem rerum di-  
 vinarum et humanarum. id est omnium re-  
 rum creatarum in quibus relucet et mani-  
 festat summa sapientia dei. Et per hoc patet  
 explicatio definitiois. et solutio primae ob-  
 iectiois. Ad id autem quod opponit scia-  
 tiam rerum humanarum nihil advehere tu-  
 pra cognitionem divinarum. R. q. licet di-  
 vinas res excedant humanas in infinitum  
 quia illae sunt infinitae. Et ista finita cogitio  
 tamen non excedit cognitionem in infinitum  
 quia utraq. cognitio est finita; siue quae cogit  
 cumus divina. siue quae cogit cumus huma-  
 nam. non enim divina cogit cumus secundum suam  
 immensitatem, nec quando sumus in via  
 attingimus ad conspiciendam ipsam veritatem  
 in se. et ideo necesse est eam in suis effectibus co-  
 gnoscere. et propterea cognitio rerum huma-  
 narum magna pars est nostra ratiois, quan-  
 diu sumus in statu viae. Et pro tanto ponitur  
 in definitione sapientiae

¶ Contra illa verba longe a principio primi capi-  
 tuli (Sive scientia tribuatur sed illud tantum  
 tribuatur, quo fides saluberrima, quae ad veram be-  
 atitudinem ducit, gignit.) Arguitur quod cum dicitur  
 fide



fidem generari ex scientia. aut intelligit qu  
antum ad habitum. aut quantum ad actum  
non quantum ad habitum. quod habitus fidei non  
generatur ex habitu scientie. neque etiam quan  
tum ad actum. quod actus fidei precedit actum  
scientie ergo nullomodo continet veritatem

Item scientia versatur circa temporalia. fides  
autem est de eternis. ergo donum scientie ni  
hil facit ad ipsam fidem.

Ac prout in iustis etiam quod de diu  
sitate illorum quatuor actuum. quos enu  
merat. R. Dicitur quod sicut fides habeat  
ipsam summam veritatem. pro principali obiec  
to cui assentit et credit; illud tamen quod cre  
dit videt per speculum creature et propterea  
et si speculum creature non sit eius principa  
le obiectum. Cognitio tamen generalium in  
subiecta creatura. et mundana creature et  
intelligentia scripturarum plurimum confert ad  
ipsius fidei promotionem. Sicut in alio sicut  
in se. In se quidem quantum ad profectum  
in alijs autem non solum quantum ad profec  
tum. sed etiam quantum ad inclinationem  
Homo enim magna scientie et literature  
facilius persuadet. et melius instruit venie  
tes ad fidem. quod ignorans. sicut de beato Paulo  
manifestum est. Unde quod scientia ista valet  
ad fidei introductionem. et introductionem provec  
tionem. et provecitiam defensionem. et defensionem  
confirmationem. Sicut est quod quatuor tractus as  
signat ei Augustinus respectu ipsius fidei. di  
cens. quod per donum scientie fides saluberrima  
gigni



gignit, nutrit, defendit, et roborat. itaq; p<sup>ri</sup>ncipales  
 actus respicit incipientes. dicitur in carne  
 dii proficientes secundum progressum in bono  
 et pugnam contra malum. Inciens et ul-  
 timus respicit iam perfectos.

Ad primam objectionem R<sup>o</sup> q. scientia ge-  
 nerat fidem. sed generari aliquid ab alio  
 potest intelligi dupliciter. vel respectu eiusde-  
 m subiecti. vel respectu alterius. et respectu alterius  
 dupliciter vel effectiue. vel dispositiue. cum  
 ergo dicitur q. scientia generat fidem. Secun-  
 dum intelligitur respectu eiusdem subiecti. sed res-  
 pectu alterius neq; intelligitur effectiue. sed  
 dispositiue. Ad. 2. R<sup>o</sup> q. temporalia be-  
 ne manducant ad perpetua quando iustitias  
 in via.

vel dicamus cum dicitur Thomas hic q. predic-  
 ta Augustini et magistri verba (quis fides,  
 saluberrima gignit) intelligenda sicut que  
 autem ad distinctionem articuloꝝ. siue que  
 autem ad exhortationem ad fidem. secun-  
 dumq; fides ex auditu est. in quantum ad  
 habitum fidei. qui est ex infusione gratie  
 Contra illa verba circa medium primi capi-  
 tuli (scientia vero abstinere a malis) Ar-  
 guit. quod dicitur non dicitur dicitur in certis  
 cum ergo de se dicitur non dicitur q. po-  
 tesse esse ipsius scientie. Item abstinere a ma-  
 lis respicit effectum. sed scientia respicit in-  
 tellectum. ergo abstinere a malis respicitur  
 ipsius. Ac proinde iuxta hoc quod dicitur cum sci-  
 entia non solum ad declinandum a malo. sed  
 etiam ad faciendum bonum. propter quod ma-  
 gis



quis describat per actum declinandi a malis,  
 q̄ per actum exercitandi in bonis?

Ad dicendum q̄ secundum magister,  
 exponit in licet abstinere a malis non  
 est intelligi privative scilicet non facere  
 malum, sed a malis abstinere. Sicut pruden-  
 ter condescendi in medio nationis prave, et  
 periculis. Unde aliter et aliter abstinere  
 a malis est ipsius timoris, et ipsius scientie  
 timor enim reprimit interiora incentiva.  
 Scientia vero docet precavere exteriora pe-  
 ricula, et occasiones et ea que sunt ad ma-  
 lum inclinantia in quibus magna est dif-  
 ficultas, et vel potius ducere q̄ abstinere a  
 malis est timoris sicut exequentis, sapien-  
 tię vero sicut dirigentis. Et Per hoc.

Pacet responsio ad obiecta quoniam absti-  
 nere a malis aliter est timoris, et aliter sci-  
 entie, et preterea non est scientie privative  
 tantum, sed etiam positive. Sicut talium est  
 contra illa verba post medium capitulum primi  
 Capite demonstratum est in quibus differant  
 spiritus sapientie, et spiritus scientie scilicet  
 ut sapientia Divinis, scientia humanis est.  
 Arguitur quod ista nulla videtur differentia, quod ea-  
 dem virtus scilicet caritas simul habet con-  
 versari circa Deum et proximum. Et similiter  
 eadem fides, ergo nulla videtur per hoc assigna-  
 ri diversam differentiam. Item intelligentia que  
 est donum unum, sicut dicitur infra simul est  
 de eternis, et temporalibus, ergo videtur q̄ magis  
 ter



ter sibi ipsi contradicat) R. Dicendum. q. 1  
negociari circa temporalia et aeterna potest  
se dupliciter. vel secundum easdem rationes  
vel secundum diversas. quando non est  
secundum rationes easdem. tunc non est solutio  
de diversitas materialis. immo etiam est diversi-  
tas formalis. et sic contingit in proposito sicut  
colligi potest ex his quae dicta sunt. et propterea  
a magistro differentiam satis recte assignat.

5 circa illa verba post initium capituli tertij (a  
sunt ab intellectu et scientia, quae naturalia  
sunt in anima hominis) adverte q. in  
telligenda sunt q. tum ad seminaria scientiae  
non autem, quantum ad habitum completum.  
intellectus autem similiter a natura est. |  
de materia Sicut distinctio agit d. Thomas  
2.2. q. 176. et q. 182. specialiter art. 2  
et ibi eius interpretes.







Distinctio Trigessimasexta quae in  
 capit. Solet etiam quæri etc.

Postquæ magister in precedentibus egit de vir-  
 tutum et donorum ad invicem comparati-  
 one in hac distinctioe quæ tribus capitulis  
 continet agit de virtutum connexionne. Et  
 dividit in tres partes principales: In quæ  
 prima a principio usque ibi (Utrum vero/  
 pariter) quærit an absente una virtute  
 tem omnes habeant. In 2. usque ibi (Cum au-  
 tem duo sint) an absente una virtute  
 omnes equaliter habeant. In 3. inquirit  
 de connexionne preceptorum quibus actus vir-  
 tutum reparant. Et hoc usque ad finem distin-  
 ctionis. quæ in epiphonem redacta sic habet  
 Virtutes ad se inter se complexæ sunt et conca-  
 tenatæ ut secundum Hieronymum qui habet  
 unam



Vnam omnes habeat, quia charitas est mater o-  
 mnium virtutum. Et ideo in quocumque est cha-  
 ritas in eo omnes virtutes reperiuntur. et ubi  
 non est charitas nulla virtus adest. quod ite-  
 rum ex Augustino confirmat. quod si secun-  
 do quis querat an quicquam ad modum sunt con-  
 nexae. ita et sunt aequales duplex circa hoc fu-  
 it modus dicendi. quidam enim partem re-  
 gatiuam sunt amplexi quam ex eo compro-  
 bant quia quidam sancti commendant excellen-  
 ter ab una virtute. et non ab alia. sicut Iob. a  
 patientia, Dauid ab similitudine, Moyses a ma-  
 iestudine, quod non esset. si ille qui excellit  
 in una virtute, excelleret in omnibus. Unde  
 dicunt quia una virtus habet excellentius quam  
 alia; nullam tamen aequalem sicut charitas, quae  
 est mater omnium. Alia est tamen uerum  
 opinio asserens omnes virtutes esse pares. sic  
 tamen intelligendo, quod ille qui excellit alium  
 in una virtute, vel est ei par. simili modo  
 se habet ad deum in ceteris virtutibus, ut si  
 aliquis sit aequalis alij in fortitudine, oportet  
 quod sit aequalis in prudentia. alioquin for-  
 titudo unius esset minus prudens quam fortitu-  
 do alterius. et sic non esset aequalis fortitudo  
 et idem posset deduci in alijs virtutibus. Solutio  
 tamen rationes primae opinionis, quia quando  
 dicitur aliquis praeminere in aliqua virtute  
 ut Abraham in fide. hoc intelligitur non quae-  
 ritum ad habitum virtutis, sed quantum ad  
 usum eius. vel in comparatione ad alios homi-  
 nes qui non aequant ei in aliqua virtute. et  
 secundum hunc modum dicitur esse intelligi-  
 da



da quaedam verba Augustini. que ponunt in  
 Litera. perque uide insinuare q. una virtus  
 perfectius habeat q. alia. Hec tamen ex  
 tra textum de equalitate proportionis oportet  
 intelligi unde per hoc non excludit uirtu-  
 tern unam alia esse maiorem. et charitatem  
 omnium primam. Vltimo querit cum in du-  
 obus preceptis charitatis tota lex pendeat, et  
 propheta secundum dicitur saluatoris in  
 euangelio. qualiter precepta ceremonialia  
 que cessauerunt continentur sub preceptis co-  
 nstitit. que semper durant et R. q. precep-  
 ta ceremonialia in quantum fuerunt figu-  
 rativa cessauerunt, sed secundum spiritum  
 sem intellectum remanent. omnia enim  
 precepta reducuntur ad decem. et illa decem  
 reducuntur ad duo precepta: que sunt dilectio  
 dei, et proximi. in his enim continetur plenitudo  
 legis. Et sic de litera distinctio quam  
 magister Sacerdos prosequit adductis precipue  
 auctoritatibus. Hieronimi super Isaiam. 11. et in com. ad 56 capite  
 2. exint. 1. Augustini in epist. ad Hieronimu  
 et lib. 1. de doctrina christi cap. 35. et ad simas  
 thasium. Roman. 13. Iacob. 2. reg. 6. nu-  
 mero. 12. Hebr. 10. et matth. 5. et 22

ex qua tres eliciuntur conclusiones (uel  
 conclusiones) in quibus tota eius summa consistit  
 Prima conclusio. Virtutes ita sunt ordine  
 1. q. q. una sine omnibus haberi non potest.  
 2. quis virtutes proportionaliter sine  
 equaliter possunt a nobis in equaliter haberi  
 3. omnia precepta decalogi ad duo precepta

et in tractatu  
 de laude charitatis  
 ad colossenses. 2  
 aliy. 5. exod. 20  
 1. Timothei. 1.  
 ex qua ~~conclusiones~~  
 elicitur conclusio in  
 qua eius summa consistit.  
 que talis est.  
 virtutes sunt ordine  
 1. q. q. cum in se pro-  
 portionaliter sunt q-  
 uales. a nobis ineq-  
 ualiter haberi possunt  
 et omnia precepta de-  
 calogi ad duo reducuntur



metrice sic  
iungunt ualida  
virtutum gemmi  
na nexu.  
tamperire omnes  
si perit una tibi.

Charitatis referunt. Et per ueram p[ro]prietate  
dei et proximi adimpleno

~ Dubia literalia siue textus expositio  
contra illa uerba ad medium primi capituli ex  
Augustino desumpta (ubi charitas est nihil  
est quod deesse possit) Arguit. q[ui] sequere  
q[ui] quicumq[ue] habet charitatem habet quicquid  
sufficit ad salutem. et ex consequenti reliquae  
omnes uirtutes superuacuae essent ac super  
fluae. Si dixeris q[ui] hoc intelligit q[ui] charitas ha  
bita habet alias omnes uirtutes sibi annexas  
hoc similiter potest de qualibet aliarum uirtu  
tum affirmari, siquidem omnes conuertuntur  
cum qualibet; sicut cum charitate. Item q[ui]  
t[er]t[er]e gratis datq[ue] non necessario sunt conuexa  
ipsi charitati. et tamen sunt ualde utiles et  
oportuna ipsi ecclesiae. ergo ubi charitas repe  
rit multa deesse possunt.

R[es]pondendum q[ui] cum dicitur nihil deesse ubi  
charitas est intelligi debet de necessarijs ad  
salutem nam defectus in hac parte proprie  
defectus est alioquin uero defectus p[ro]modico  
reputandus. Hoc autem tribuit charitati res  
pectu conuersionis cum alijs uirtutibus. qui  
enim habet charitatem habet unde possit legi  
implere. et per consequens habet ceteras uirtu  
tes. quae subleuant ad legis implationem.  
Ad id autem quod obicitur de qualibet alia uir  
tute R[es]pondetur q[ui] non est simile. q[ui] charitas non solum  
alijs



Alijs uirtutibus conuenit. sed etiam est princi-  
pium conuersionis, qz est uinculum perfectio-  
nis. et quodam modo mater omnis boni, sicut  
ipse magister dicit

2 illa uerba longe a principio secundi capitis (se-  
quitur ut huius fortitudo minus prudens sit) pro-  
tantis dicitur. pro quanto de una uirtute re-  
dundat in aliam, sicut dictum est.

3 Contra illa uerba circa medium secundi capitis  
Clarissima disputatio tua satis apparuit  
non placuisse auctoritatibus, immo ueritati ip-  
si omnia peccata esse paria. Arguit. qz secun-  
dum Anselmum peccatum nihil est. in his au-  
tem, que nihil sunt unum non est maius al-  
tero, ergo uideat qz unum peccatum alterum  
non possit excedere ergo omnia peccata sunt  
paria. Item quodlibet peccatum mortale pri-  
uat hominem totaliter gratia, et inducit in-  
fernum. sed in omnimoda priuatione non est po-  
nere maius et minus, in his enim que mor-  
talia sunt non est dicere unum magis mortuum  
qz alterum ergo in genere peccatorum morta-  
lium unum non excedit alterum

Rr Dicendum qz qz peccatum est priuatione or-  
dinis, et diminutio stabilitatis. per unum pecca-  
tum anima magis desordinetur et instabilis re-  
ddetur, qz per aliud; sicut manifeste apparet. et  
indubitanter est uerum qz paria non sunt. conue-  
pescencia enim plus inclinat ad unum appeti-  
bile qz ad aliud ac proinde magis facit deum  
concernere. Et ab ipso elongari, et recedere in  
uno genere peccati, qz in alio

cum autem Arguit qz peccatum nihil est. Rr



q̄ quamuis nihil sit essentialiter loquendo  
alicuius tamen est subiecti. et alicuius sicut  
oppositi. Unde ratione boni maioris. uel minoris.  
quod priuat in diuersis peccatis unum pec-  
catum dicit alterum excedere.

Ad illud quod obicit q̄ totaliter priuat gratia  
et causat mortem. Sciendum q̄ quamuis o-  
mne peccatum mortale totaliter tollat gra-  
tiam. et habilitatem ad gratiam. non tamen  
totaliter tollit habilitatem ad uitam. et  
ideo licet aliquid non sit magis nec minus  
mortuum. aut magis et minus gratia pri-  
uatum per diuersa peccata. quantum ad ip-  
sam gratiam et uitam gratia in se. est ta-  
men magis et minus. quantum ad habili-  
tatem naturę respectu gratiæ. et ratione il-  
lius. diuersa peccata habent se se inuicem  
excedere. Unde non est simile de corporali  
morte; in qua fuit totaliter priuatio. et im-  
possibilitas redendi ad uitam.

cum prope medium capitis tertij dicit. Sicut  
in sermone de omnibus uirtutibus promittitur.  
Loquitur magister de beatitudinibus. que uirtu-  
tes dicuntur. in quantum sunt actus uirtutum  
contra illa uerba ad medium capitis tertij.  
(Omnia ergo ad duo mandata Charitatis per-  
tinent) Arguit. q̄ uide hic duo opposita  
in se implicare. Si enim per charitatem im-  
pleri. potius debent referri ad charitatem  
sicut ad principium. q̄ sicut ad finem. Sic  
autem inquit q̄ charitas sit principium et fi-  
nis mandatorum quod non uidetur possibile.



R<sup>e</sup> tamen dicendum q. charitas simul ponit  
 ipsarum virtutum quantum ad opera meri-  
 toria principium, sive caput, et forma, sive  
 vinculum, et finis ad quem ordinantur. et hoc  
 est, quia ipsa charitas dum immediate coniungi-  
 tur ipsi summo bono, quodammodo superuenit  
 ceteris, et ceteras virtutes movet, et eis im-  
 perat, et id est caput, et principium est caritatis  
 et ulterius fructificando facit opera etiam  
 meritoria, id est dicitur esse forma. Postquam  
 quod id est facimus opera meritoria, ut deo  
 fruamur, et per charitatem inde quiesca-  
 mus. Hinc est q. charitas ceterarum virtu-  
 tum, et preceptorum est finis, et sic bene ca-  
 se incidunt in unum, et idem nec mirum  
 cum charitas faciat deo consensum, quia ha-  
 bet in se, repulsi creaturam intentionem  
 triplicis causa, ac primum nulla est contra-  
 dictio cum eo quod magister dicit in libro  
 et possumus etiam dicere, et ad idem redit  
 q. sicut in naturalibus, forma et finis incid-  
 unt in idem, ita et in moralibus. Sapientia  
 enim, qui est principium actus, et imper-  
 ans actum, est etiam quoddammodo finis  
 in quantum ad finem proprium, ut actum  
 perato

circa illa verba post medium capituli tertij  
 totam magnitudinem divinitus eloqui orum  
 possidet charitas. Dubitat quod secundum hoc  
 videtur q. prolixitas sacre scriptura sit superflua.  
 Sed dicendum q. continent omnia divi-  
 na eloquia in precepto charitatis, tanquam ra-  
 dice



dice sed oportuit per ramos distingui. 3  
 Contra illa verba ad finem capituli tertij (ini-  
 micus enim iustus est. qui timore poenae suae  
 peccat) Arguit. nulli poena iustitiae affec-  
 tus irimicatur. sed poena est iustitia effectus  
 ergo cum poena faciat se timeri. videtur quod  
 faciat diuina iustitia irimicari. Item nisi  
 sed quod facit declinare a malo facit iri-  
 micari iustitiae. sed timor poenae. qui quis  
 cessat a peccato facit declinare a malo. ergo  
 talis non est irimica iustitiae.

R. Dicendum quod verba illa intelliguntur  
 pro se ipse. et per caritatem tantam. pro se ipse ut  
 dicitur inimicus iustitiae. qui timore poenae  
 peccat. Sic est qui a peccato recedit solo timore  
 et poena. non amore iustitiae. talis inquam  
 qui ex solo timore recedit dicitur inimicus  
 iustitiae. non per causam. sed per caritatem  
 tantam. Licet enim ille amor non causet  
 irimicitiam concupiscit tamen ipsam con-  
 cupiscit etiam malum. per quam sumus  
 inimici dei. Nam qui amicus est. Sumus  
 di inimicus dei constituit. et Per hoc patet  
 et Responsus ad illa duo quae obijciuntur  
 quoniam procedunt ac si verba illa essent  
 intelligenda per causam.

6  
 Contra illa verba in fine capituli tertij (Commi-  
 unum diuinarum scripturarum plenitudo est  
 dilectio dei et proximi) Arguit. si natura  
 operatur quanto uehementius potest. et non facit per  
 plura quod potest facere per pauciora videtur  
 Sumi



Similiter q, hoc modo operari debeat diuina sa-  
pientia. si ergo in tota scriptura nihil plus  
continet, qz verbum de mandato charitatis  
videt tunc q, circa hoc solum sacra scriptu-  
ra debeat uersari. Et de nullo alio ibi tra-  
tari.

Rr. Dicendum q, plenitudinem  
aliquis contineri in aliquo est dupliciter  
uel integraliter uel causaliter. Plenu-  
do autem diuinum eloquium in cha-  
ritate non continet integraliter, qz multae  
aliquae uirtutes ibi docent et precipiunt, quae  
sunt diuersae, et distinctae a charitate. Secu-  
dum q, dicit contineri solum causaliter, qz  
tota sacra scriptura finaliter ordinat ad hoc  
ut diligamus deum, et proximum.

Et si obiciat q, qui diligit proximum legem  
impleuit, ac per consequens q, solum illud  
mandatum debet in lege contineri. Rr q,  
mandata, et documenta in sacra scriptura  
multiplicantur propter duas, nimirum prop-  
ter remouendam aegritudinem ex parte in-  
tellectus. Et propter excludendum fastidium  
ex parte affectus. necesse est enim, q, sciamus  
modos secundum quos debemus ordinari ad  
proximum, et ad deum. Et quoniam illa  
res sunt, et nos ignorantes sumus, nec pos-  
sumus simul illa capere, ideo oportuit ali-  
qua per diuersa documenta distinguere. ))

Rursus qz affectus noster fastidit unum  
et delectatur in uarietate ideo diuersis modis  
scriptura docet, et insinuat unum, et idem  
ut affectus noster dum in diuersis et uarijs

idem



idem inuenit proficiat in unitate et de  
 Lette in uarietate. ut tanto perfectius sum  
 is, quanto delictabilior. et propterea mo  
 do in ipsa sacra scriptura reperiunt man  
 data obligatoria. modo adualia, modo  
 monita salutaria. modo documenta prophe  
 tarum. modo euangelistarum, ut ex his o  
 mnibus excludat fastidium. et homo perfec  
 tius ad bonum dirigat. et ex hoc conuinci  
 potest q. sacra scriptura. et si magna sit tamē  
 optime tradita est. et nihil continet superflu  
 um. nihil etiam diminutum. 1)

de materia Suius distinctio agitur d. Thom  
 1. 2. q. 65. specialiter art. 1. et q. 73. art  
 1. et ibi eius interpretet. 1)







Distinctio Trigesima septima que  
 incipit. Sed iam distributio decalogi. etc.  
 Postq̄ Magister in precedentibus egit de  
 Sab. tribus virtutum. et donorum. in hac dis-  
 tinctione. que tribus capitibus continet inci-  
 pit agere de his que consistunt in altibus  
 preceptum. et dividit in tres partes princi-  
 pales. In quarum prima a principio distinc-  
 tionis usq̄ ibi (Primum in prima) premit-  
 tit quosdam generalia de preceptis. In. 2. us-  
 q̄ ibi (In secunda vers. tabula) determinat  
 quosdam specialia de preceptis que ordinant  
 ad deum. In. 3. agit de preceptis ad proxim-  
 um spectantibus. et huc usq̄ ad finem distinc-  
 tionis. que in ep̄thomen redacta sunt Sab. et  
 decem sunt decalogi (ut nomen ipsum quod  
 declarat) precepta quorum tria prima tabu-  
 la ordinant ad deum. Alia autem septem que  
 sunt in secunda tabula ordinant nos ad pro-  
 ximum. Primum igitur preceptum est nō ado-  
 rabis deos alienos. nō facies tibi sculptile. quod  
 origenes induit secus. Augustinus autem u-  
 num tantummodo esse affirmat taliter quod  
 secundum dictum sit *Expositio prima*. quoni-  
 am autem in eo precepto sit mentio de simili-  
 tudine. et idolo assignat magister differenti-  
 am inter ea dicens. q. similitudo habet aliqu-  
 simile in rerum natura; idolum vero nihil  
 ut si aliquis caput hominis fingat in corpore  
 carnis. Et ideo dicit. i. exim. 2. q. idolum  
 nihil est. q. nihil est in rerum natura subjan-  
 responderis. uel secundum Augustinum. ido-  
 lum



Sum nihil est qd licet materiam idoly natura  
 ministrat. formam tamen fecit hominum  
 stultitia. et proinde nihil est. sicut et pecca-  
 tum nihil est. Vbi obicitur ex Augustino qd  
 omnis forma facta est per verbum. ac per conse-  
 quens qd forma idoly sequidem bona est etiam  
 facta erit et perfecta a verbo. Respondet qd for-  
 ma idoly in quantum est a deo est sed non  
 in quantum est forma idoly. id est posita ad ad-  
 vandum. quemadmodum est peccatum. Se-  
 cundum allegoriam vero hoc primum precep-  
 tum ordinat ad patrem, in quo est unitas et  
 auctoritas. Secundum preceptum est. non as-  
 sumes nomen dei tui in vanum. et est sensus  
 literalis non iurabis pro nihilo. et hoc allego-  
 rice filium qd aequalem patri significans ordinat  
 ad filium in quo est equalitas. Tertium ma-  
 datum est memento ut diem sabbathi sancti-  
 fices in quo ad literam precipit observatio sabbat-  
 i. et significat abstinencia a vitijs ficienda pro  
 futura quiete. et Allegorice ordinat ad spiritu  
 sanctum. cuius charitatem etiam obtinemus.  
 Et per quem sanctificamur. Primum autem  
 preceptum est secundae tabulae est Honora patrem  
 et matrem, per quod precipit vobis. reuereri  
 et honorare parentes. et eis necessaria ministr-  
 re. aliud est non occides. quod prohibet corpor-  
 le. et spirituale homicidium. Aliud non me-  
 chaberis, in quo nomine meibus intelligit o-  
 mnis illicitus concubitus. et omnis membru-  
 rum genitalium abusus. quartum est non  
 fratrum facies per quod prohibet sacrilegium  
 rapina. usura. et omnis iniuriosa alienigenae  
 superbia



Usurpatio sicut declarat in litera. Si quis au-  
 tem queerat utrum filij israel, qui acceperunt  
 et apportaverunt ad egyptijs uasa aurea,  
 et argentea, iustis et alia commiserint fieri  
 tum. Respondet, q. illi qui hoc fecerunt obe-  
 dicendo iussioni diuina non peccauerunt, q.  
 deus est dominus omnium. illi uero qui ex  
 cupiditate hoc fecerunt non fuerunt a pec-  
 cato immunes. q. si arguas omnes fuisse  
 contra preceptum iuris naturalis, ac per  
 consequens omnes peccasse. precipue enim  
 et exprime lege diuina et naturalis. alie-  
 ri nefeceris, quod tibi non uis fieri. Respon-  
 det magister, q. suppleridum est; non faci-  
 es alij iniuste, quod tibi non uis fieri. Aliud  
 preceptum est non loqueris contra fratrem  
 tuum falsum testimonium, ubi expresse pro-  
 hibet mendacium, quod debet proximo, sed  
 q. de mendacio, et periuuro agit in sequen-  
 ti distinctione idem magister breuiter transi-  
 acturus de alijs duobus mandatis in sequen-  
 ti. Et hęc debet exa quam ipse latius prose-  
 que adductis precipue auctoritatibz. Aug-  
 ustin. de decem eboris. exod. 20. de ueris  
 5. 1. corint. 7. August. super Ioannē. Hi-  
 eron. super ezechi. ~~de decem~~ Isidori super  
 exodum. Roman. 8. exod. 20 ~~et~~  
~~quod~~. August. de blasphemia spiritus  
 matt. 5. August. super exod. 32. q. 4. cap.  
 meretrices. Hieron. ~~in~~ in quadam epist.  
 August. super psalm. 54 et Hieron. in  
 in ezechi. q. 3. cap. putant. Itē August. sup  
 psalm. 14. q. 5. cap. dixit dominus. usq.



46. matth. 6. & Luc. 7. 11  
 ex qua tres eliciuntur conclusiones (scilicet una  
 tria membris) in quibus tota eius summa con-  
 sistit. Prima conclusio decem sunt dca  
 legi precepta a deo hominibus in duabus ta-  
 bulis per moysen data  
 2. prima tabule tria precepta ordinant  
 ad deum) 3. septem mandata secundae tabule or-  
 dinant nos ad proximum.

ex qua ~~summa~~  
 elicitur conclusio in  
 qua eius summa consistit,  
 que talis est.  
 decem sunt decalogi  
 precepta. Moyse in du-  
 bus tabulis data. in  
 prima, tria que nos  
 ordinant ad deum  
 in secunda septem  
 que nos ordinant ad  
 proximum ~  
 metrice sic

Dubia literalia siue textus expositio  
 circa illa verba post initium capituli secundij  
 (Sic origenes dicit esse duo mandata) adu-  
 te q. sicut origenes primum mandatum  
 dicitur in duobus, ita duo ultima mandata q.  
 sunt de prohibitione concupiscentie coniun-  
 git in unum. Et sic precepta decem non  
 transcedunt

iniquum carum vir-  
 tutum confirmare  
 xv.  
 carperiere omnes  
 si perit una tibi.

contra illa verba post initium capituli secun-  
 di (ut idolum sit, quod nihil habet simile sui)  
 Arguit. qd idolum est fabricatum ab artifice  
 artifex autem non fabricat nisi secundum  
 similitudinem, quam habet in anima. sed  
 nihil est in intellectu, quod prius non fuerit  
 in sensu, nihil autem est in sensu, quod non  
 fuerit in re extra. ergo videtur qd idolum nul-  
 lum sit, quod non habeat similitudinem in re-  
 bus exterioribus. Item videtur falsum dicere in  
 fine

nil precepta iubent  
 tabulis inscripta  
 duabus.  
 quam tibi perpetuus  
 rite volatur amor.



Soc. quod subdit, idolum nihil est, quia nihil  
 habet simile. quoniam si aliquis artifex fa-  
 ceat aliquid novum, cuius non reperire  
 similitudinem extra non propter hoc non  
 est aliquid. Item omne artificiatum est  
 aliquid, sed idolum est artificiatum, ergo  
 est aliquid. quoniam ergo dicitur quod idolum  
 nihil est? Item facere idola et sculptura  
 hoc est solum artificiatum, ergo videtur quod man-  
 datum illud non se extendat nisi ad artifices

R. Dicendum quod dominus in mandato  
 primo precepit se adorari, et se solum adora-  
 ri, id est precepit latram, et prohibet idola-  
 triam. Et quoniam idolatria dupliciter  
 consuevit apud antiquos committi, vel in hoc  
 quod fingebant novam sculpturam, cuius non  
 erat omnino reperire simile extra, ut ostē-  
 dere quod specialis, et singularis cultus esset  
 ei exhibendus: vel quando fiebat aliqua ima-  
 go que esset representatio alicuius rei extra  
 quam quis crederet in illa imagine esse ve-  
 nerandam, id est ut si quid prohibeat tangit  
 illa duo in prohibitione idolatrie secundum  
 quod dicit magister in littera

Ad illud ergo quod obicit, nihil esse in animo  
 quod prius non fuerit susceptum a sensu. R.  
 quod illud intelligendum est quod animus  
 non habet aliquam similitudinem, quam  
 non susceperit ab extra; vel secundum to-  
 tum, vel secundum partem. cum igitur dicitur  
 quod forma idoli non habet similitudinem  
 extra hoc intelligitur secundum totum; habet  
 tamen secundum partem. sicut patet de edifi-  
 ra



ra & Hercules. & monte aures. anima etc  
 nim facit suas res. et secundum q, fingit  
 interius, sic etiam dopingit, et sculpsit exte  
 rius. Ad illud q, idolum non debet dici  
 Nil immo aliquid cum sit artificiatum. R  
 q, dupliciter est loqui de idolo, aut quantum  
 ad materiam et formam, quam in eo arti  
 fex conpuit. aut quantum ad divini  
 tatis excellentiam, quam ipsi idolo idolatra  
 credendo tribuit. Primum modo dicit nihil es  
 se in mundo ab origine. non q, nihil omni  
 no sit in se ipso: sed quia nihil habet sibi si  
 mile correspondens in universo, quantum  
 autem ad excellentiam divinitatis, quam  
 ei idolatra assignat omnino nihil est nisi  
 in sola fictione. et falsa estimatione idola  
 trantis. Ad illud quod opponit scilicet q,  
 preceptum istud pertineat ad solos artifices  
 R q, in illis mandatis non solum dicitur in  
 tendit prohibere idolo fabricationem, sed  
 et omnem idolo venerationem. et in hoc  
 etiam includit q, vult omnem latro cul  
 tum sibi soli differri. et propterea premiti  
 e deus tuus deus unus est. Unus enim solus  
 deus, et verus est adorandus. unde preceptum  
 illud plus habet affirmativum, q, negativum  
 3 Contra illa verba longe post medium capitis  
 Secundi (non assumes nomen dei tui in vanum)  
 Arguit quatenus ea explicat magister no  
 mirabilis prohibet per nomen dei. q, illud vi  
 det pertinere ad quintum mandatum secu  
 nde tabule ubi prohibet per iurium. ergo velid  
 Sed

dicit etiam idolum  
 nihil esse. q, ad pecca  
 tum inducit. quod  
 nihil est.



Iud mandatum, vel istud est superfluum  
 Item uanum est uel dicit Philosophus, quod  
 non includit finem ad quem est, talis autem  
 sermo est ociosus, ex quo nullus sequitur fruc-  
 tus. ergo quicumque nominat dominum in  
 uerbis ociosis adiungit nomen dei in uanum  
 et peccat. Si dicas quod intelligit de assumpti-  
 one sola in uerbo, contra quod si quis iurat  
 in communi sermone: ubi non est necessitas  
 uel utilitas facit contra illud mandatum.  
 Item arguit contra secundam expositio-  
 nem quam ponit magister cum subdit. al-  
 legorice precipit ut non putet esse creatu-  
 ram dei filium. quod cum multipliciter con-  
 tingat errare circa filium, non solum sicut  
 errauit Arius, sed etiam sicut errauit Sa-  
 bellius; uideat quod non solum illa hecressis, sed  
 etiam aliquid deberent prohiberi. Item fides  
 trinitatis non erat tempore legis omnibus ex-  
 plicata. si ergo omnes tenebant ad omnia  
 mandata decalogi nihil precipiebat quod ex-  
 pertaret ad aliquam personam determina-  
 te. *Ar* Dicendum quod si uult per primum  
 mandatum ordinat dominus respectu summe ma-  
 iestatis, que appropiat patri secundum  
 secundum ordinat dominus respectu summe ue-  
 ritatis, que appropiat filio. ordinat uero au-  
 tem ista attendit in ipsius ueritatis confes-  
 sione sine alicuius falsitatis admixtione,  
 itaque nec de ipsa falsum credat, neque ipsa ad  
 confirmandum falsum assumat. unde pro-  
 hibet



bet in mandato illi secundum literalem se-  
sum falsitas iurationis per nomen dei, se-  
cundum spiritualem uero prohibet falsitas  
erroris. Circa fidem ueritatis. et his duobus  
modis magister in litera exponit secundum  
literam, et secundum allegoriam.

Ad primam obiectiorem. R. q. duo possunt  
considerari in falso testimonio, alterum  
est q. fit iniuria sive ueritati ad uocatum in  
falsum. Alterum q. fit iniuria proximo  
qui ex falso testimonio damnificatur, et rati-  
one primi prohibet per iuramentum secundum ma-  
data primi tabulae. Ratione secundi in-  
quinto mandato secunda. Ad. 2. R. q. ali-  
quando est quod uanum, quantum est de se  
et de propria intentione. aliquando uero  
ex accidenti: tunc autem assumit nomen  
dei in uanum, quando assumit ad confirm-  
tionem alicuius sermonis falsi. et tunc pec-  
cat contra illud mandatum et non quicquid  
in Argumento interdicit. frequens tamen iu-  
ratus dei sine expressa necessitate, aut uolun-  
tate non caret culpa maxime in uiris per-  
fectis. Ad. 3. Contra secundam expositio-  
nem dicendum. q. ut magister dicit illa ex-  
positio data est per allegoriam, et in exclusio-  
ne illius erroris per consequens intelligunt  
alij excludi. nec respicit omnem statum, sed  
statum fidei manifestatq. et per se lata

4 Contra illa uerba circa finem capituli secundi  
(memento ut diem sabbati sanctifices, ubi  
secundum literam precipit sabbati obseruan-  
tia)



Arguitur quod sabbathi observantia pertinebat  
 ad ceremonialia legis. ut dicitur in Osea ergo non  
 debuit inter moralia comminari. Item  
 sabbathi observantia est evangelica, et dege-  
 nere moralium, quae semper manent ergo non  
 debuit inter <sup>ceremonialia</sup> moralia legis antequam arri-  
 merari. Si dicas quod sabbathi observantia  
 commutata est in diem dominicam. quare  
 quare magis in illam diem quam in alteram.  
 Praeterea cum Societas tua cur modo non pec-  
 cant qui diebus dominicis linguam iter fa-  
 ciunt. sicut Iudaei sternerant in sabbatho.  
 Ac primum circa hoc quare a quibus cessan-  
 dum sit diebus dominicis. et festiuitatibus  
 quare etiam quare magis in illis preceptis  
 mutat modus loquendi. et dicit memento  
 et non in alio mandato. cum et alia quae  
 bene habenda sunt in memoria. sicut et illud  
 R. quod in mandato observationis sabbathi  
 duo sunt consideranda scilicet cessatio ab  
 opere seruiti. ut homo libere deo vacaret et  
 intenderet. Et determinatio ~~operum~~ operum  
 exteriorum a quibus erat cessandum. quia  
 tunc ad primum huiusmodi mandatum e-  
 rat morale. Hoc enim semper dominus re-  
 quisivit. ut homo sibi habitaculum cordis  
 ad quiescendum et manendum in eo prepa-  
 raret et eodem domino per esuritatem ad-  
 sequeret. Et quantum ad hoc non solum erat  
 morale. sed etiam quodammodo faciebat ad  
 aliorum moralium completionem. quoniam  
 homo vacat deo et sibi melius cognoscit quae  
 ei agendum sit. et propterea istum mandatum spe-  
 cialia



ciatiter permittit memento. quoniam in eius  
 memoria cetera commemorant. Aliud uero  
 est ibi diei significatio, et determinatio  
 operis. et quantum ad hoc figurale et egre-  
 gium male est significans a quo cessandum est  
 scilicet ab opere peccati. et quod credendum, et  
 expectandum scilicet quies passionis Christi  
 Domini in sepulchro. et quantum ad hoc cre-  
 poni sabbat. et propterea hoc mandatum. et  
 prius in lege repetit ut pote pertinet ad di-  
 uersa genera mandatorum. et sinceritate qua  
 tenus obseruancia sabbati est euacuata in  
 lege noua. obseruancia uero diei domini est  
 introducta in memoriam beneficii Redem-  
 ptoris. et in ipsa figuratiuam futuram resur-  
 rectionis. et in annotationem eternis. quoniam  
 gentiles dies dominicus primus est. cum in  
 principio illius diei incipiat dominari primus  
 planeta ut dicunt scilicet sol propter quod  
 uocabant eum diem solis. et exhibebant ei  
 uenerationem. ac proinde die dominico inhi-  
 bent opera seruitia que sunt quibus homo  
 imbiat terrenis lucris. et multo magis opera  
 carnalia, sicut ebrietates, lites. et irurgia qui-  
 bus homo non solum distrahit a cultu dei. sed  
 ipsi irritant. et hoc ponderat Augustinus lib.  
 de decem chordis registrans iudeos qui in  
 sabbato uenia obseruauerunt. et culpas ne-  
 gligerent. ex quibus admonentur prelati ut  
 festa uero quomodo. et maxime spiritualia ob-  
 seruari tota diligentia curent.  
 et ex his patet solutio ad obiecta. de cessatio-  
 ne uero sabbati. et aliorum ceremonialium  
 diei



dici solet in. 4. distinct. 3. // . // . // .  
 Contra illa verba post initium capitis tertij 5  
 (Sonora patrem tuum et matrem tuam ut  
 sis longinquus super terram, scilicet viventi  
 um, ut eis debita reverentia exhibeatur <sup>et paren</sup>  
 et necessaria ministrant) Arguit primo <sup>tissusit</sup>  
 qd magis debent sollicitari parentes circa <sup>honorandi</sup>  
 filios, qd e converso, ergo potius debuit hoc  
 imponi parentibus, qd filiis ministrarent -  
 Item non solum obligamur benefacere pa  
 rentibus, sed etiam alijs hominibus, ergo in suf  
 ficienter soli parentes nominant. Item qd  
 parentibus etiam beneficia debemus, quod si  
 ergo magis de honorificentia sit mentio qd  
 de beneficentia. Item cum omnibus manda  
 tis correspondeat beatitudo eterna -  
 quare quare huic mandato promittit lon  
 gquitas vite, et magis huic mandato qd alijs  
 Rr qd hoc mandatum est de beneficentia or  
 dinata erga proximum, et quoniam in hoc  
 ordine primum locum obtinent parentes  
 ideo dominus omnes proximos exprimit  
 volens a parentibus sumptu exordium,  
 et est etiam alia ratio qd cum alijs proximi  
 debeamus beneficentiam, parentibus nos  
 tris debemus etiam specialiter honoris reve  
 rentiam, est et alia ratio qd parentes post  
 generationem filiorum frequenter perve  
 niunt ad senectutem, et indigent sustenta  
 tijs, et per hoc patet solutio ad primum, quod  
 illud honoris natura sunt satis promi. et  
 patet similiter solutio ad illud de alijs proxi  
 mis



mis. Et ad illud similiter, quod obicitur de ver-  
bo honorandi.

Huius autem mandatis precipue promittit  
longuivitas vitæ, quæ in eo precipue operis pi-  
tatis, de qua dicit Apostolus, 1. Timoth. 4.  
quæ promissionem est habens, quæ nunc est  
vitæ, et futuræ. Unde populus carnalis pro-  
mittit vitæ præsentis, spirituali vero nunc  
tantum præsentis, sed et futuræ, promittit  
autem dictum premium magis precati quæ  
alij operi, in commendationem misericor-  
diæ, per quam, et in cuius alii maxime me-  
ritis sumus des misericordiam, et gratiam,  
promittit autem longuivitas vitæ, quæ illam  
maxime diligit et estimat, et utro-  
que expectans longuivitatem istam, non ab-  
solvat longam vitam parentum. Potest  
etiam alia ratio reddi de ista promissione,  
quæ videtur maxime promittere ad idolatriam  
et avaritiam, quæ est quædam idolatriæ spe-  
cies, id est illi præcepto quod est de idolatriâ  
subiungit comminationem, et illi præcepto, quod  
est de beneficentia, quæ est contra avariciam  
subiungit promissionem; ut per comminationem  
retraherent a malo, et per promissionem at-  
traherent ad bonum. Possunt etiam dici quæ  
minatio posita circa primum præceptum pri-  
mæ tabulæ refert ad alia: similiter et pro-  
missio circa primum præceptum secundæ, et  
ideo non oportuit iterari.

6

Contra illa verba quæ ad præcepta sequuntur post  
initium capituli tertij, non occides scilicet nec  
corpore



corporaliter. nec spiritualiter.) Arguit quod  
 peior est voluntas occidendi. q̄ voluntas me-  
 chardi. sed voluntas mechardi. non solum  
 de prohibet secundum spiritum. immo etiam  
 secundum litteram. Item. exod. 22 ma-  
 lefici non patiaris vivere. precipit occisio  
 minimum. ergo male hic prohibet et repug-  
 nantia est inter mandatum morale, et in-  
 ditale. Item cum prohibet aut intelligit  
 generaliter de quolibet viuo aut specialiter  
 de proximo. Si generaliter de quolibet viuo  
 ergo peccat. qui occidit muream. quod ridi-  
 cum est et erroneum. Si specialiter de proxi-  
 mo. ergo non peccat. qui occidit seipsum aut  
 qui occidit bonum alienum.

quere igitur quid in hoc precepto prohibea-  
 tur. et quid in evangelio ei super addit.

R̄ q̄ possumus loqui de hoc mandato. vel  
 secundum intelligentiam legis sacris. vel  
 secundum intelligentiam carnalis popu-  
 li. Si primo modo prohibet homicidium ex-  
 ternus. et voluntas deliberata ledendi pro-  
 ximum ex iracundia. Unde prohibet ira-  
 cum consensu deliberativo in animo. et  
 cum expressione exteriori in verbo et signo  
 et cum perpetratione in facto. secundum  
 modo iuxta intelligentiam carnalis popu-  
 li. quod solum putabat prohiberi. pro quo in-  
 ferebat poena ab ipsa lege prohibebat progre-  
 sus in homicidio. et hunc intellectum  
 dicit magister Sacerdalem. non quod intellec-  
 tus



tus alius non esset de principali ratione  
ferentis legem; sed quia claudere ibi imph  
cite. Et quoniam illius facta est in lege e  
uangelij idem dicit magister super addi  
tionem illi mandatis esse factam. et prop  
terea dicunt tria circa hoc in euangelio  
scilicet, omnis qui irascit fratri suo reus  
erit iudicis, qui autem dixerit racha reus  
erit concubus, qui autem dixerit fatue ibi  
est expressus verbi; reus erit qd neque ign  
et per hoc patet solutus ad primum. Ad  
2. Quod in uno precepto prohibet homici  
dium innocens et iustus, et malum precipi  
t occisio malefici. in uno etiam prohib  
et homicidium ex propria auctoritate  
in alio iniungit ex auctoritate legis. et  
ista duo non habent oppositionem, nec re  
pugnantiam.

Cum vero quereatur cuius occisio prohibet  
dicendum quod prohibet occisio viventis vi  
ta rationali, siue sui, siue alterius et sic  
facit contra mandatum hoc, qui se ipsum  
interficiat. Unde in illis extendunt heretici  
ad predictum mandatum ad vitam cuiuslibet  
bee animalis bruti. illa enim licet occidere  
pro eo quod data sunt homini in escam, ut  
subsidiu temporale, secundum quod dicit  
genes. 9

7 Contra illa verba et eorum expositionem  
quam magister adducit. longe a principio  
tertij capitis Croni me habens, id est ne cui  
sibi

mentio



Libet miscere excepto foedere matrimonij,  
 Arguit si enim ex prohibitione grauioris  
 non intelligit prohibitio minus grauis, cum  
 adulterium, siue in eadem grauius pecca-  
 tum sit, q̄ fornicatio. uidet q̄, in hoc non  
 intelligat prohibitio fornicationis. Item  
 cum grauiora sint peccata contra naturam  
 q̄ peccatum adulterij potius deberet illa  
 prohiberi, inter precepta decalogi, q̄ pecca-  
 tum adulterij. Item super illud matth  
 5. qui uiderit mulierem ad concupiscen-  
 dum eam. dicit glossa. q̄ ubi omnis libido  
 carnalis qua fornicat anima a deo intel-  
 ligit prohiberi. cumque hoc fiat per om-  
 ne peccatum, uidet q̄ omne peccatum ibi  
 prohibeat, ac per consequens ista manda-  
 ta habita cetera superfluent.

R̄ dicendum. q̄ in mandatis decalogi pro-  
 hibent peccata. Maxime in mandatis se-  
 cundae tabulae, secundum q̄ sunt ad r̄ced-  
 dum proximo ordinata. et quoniam quā-  
 tum ad peccatum carnis, magis offēdit  
 proximus per adulterium. Hinc est q̄ il-  
 lud pr̄cipue prohibet, in illis tamen in-  
 telligit prohiberi omnis illicitus coitus. et  
 membrorum genitalium abusus, secundum  
 q̄ dicit magister, siue per peccatum fornicā-  
 tionis, siue per peccatum contra naturam.  
 et per hoc patet solutio ad prima duo argu-  
 menta. ad quorum secundum specialiter.  
 R̄ ad huc. q̄ q̄ Legislator hominibus legem  
 dabat ides in primis legis mandatis. non de-  
 bebac



bebat nisi peccata humana prohibere. peccatum autem contra naturam, non est humanum, sed bestiale secundum Philosophum. in. 7. ethicorum.

Ad objectionem 3. ex glossa R. q. illa glossa intelligit de fornicatione spirituali, sed secundum Sacram in mandatis illis prohibet abusus matrimonii genitalium extra legem matrimonii omnis autem seminis effusio deliberata propter matrimonium est illicita, et intelligitur sic per adulterium prohibita, quia directem matrimonio repugnat. // — // — //

8 circa illa verba longe a principio capitis tertij (quartum est rursus factum facies ubi omnis rapina et sacrilegium prohibet et usura) que ut quequam differentia sit inter ista tria. et videt q. sacrilegium non sit specialis differentia furti quoniam sacrilegium dicitur cum quis auferat rursus sacrum de loco sacro. sed circumstantia loci est accidens quoddam ergo non potest conferre speciem actui diversam. Item sic. furtum est contractatio rei alienę inuito domino, usura vero fit domino uolente. ergo non continet sub furto. Item qui adiuvat furem infurando currit cum fure. et peccat mortaliter, quod uideat in conueniens. Item si quis daret alteri pecuniã pro accommodatione domus, uel etiam sine aliquo obsequio sibi exhibito, ille qui acciperet non committeret furtum, neq. aliquod peccatum. ergo multo fortius qui <sup>ac</sup>comodat alicui pecuniã, de qua dicitur. et illi beneficiũ confert, si reucompensationem recipere nō pecca

ergo et qui cooperatur usurario accipiendo usuras ab eo.



peccabit. Propter hoc ergo quæritur quare  
 magis committitur usura in accommodatis re pe  
 cuniæ, quæ in locatis re domorum, et aliarum  
 rerum. ) Et R<sup>r</sup> q. in illis præceptis intelligitur  
 prohibita omnis illicita alienatione usucapatio  
 et illa potest fieri, vel per fraudulentiam, vel  
 per violentiam, et hoc vel simpliciter, vel  
 ubi adiacet consecratio aliqua. Unde probi  
 betur hoc furtum, et sacrilegium quod est fur  
 tum perpetratum circa rem sacram vel ho  
 cum sacram, et rapina, quæ fit per violentiam  
 et usura pro quatuor in ea est quædam frau  
 dulentia, et violentia fraudulenta in eo  
 quod vendit homini rem suam, tenet enim  
 unusquisque subvertire proximo ex divinis  
 mandatis in mutuo. Dum ergo vendit illi  
 id quod tenet facere ei, ipsum fraudat, et  
 decipit. Rursus cum ex passione aliquid ab  
 eo exigit, quodammodo ad id quod non de  
 bet ipsum compellit. Unde omnitemporè  
 usura sicut et furtum fuit prohibita, ut  
 sic innuit magister.

simplex

Ad. primum argumentum R<sup>r</sup> q. illud quod  
 est accidens in genere naturæ, potest esse cõ  
 plementum, et dare speciem in genere moris  
 Ad. 2. R<sup>r</sup> q. dominus in usura reddenda est  
 inuitus voluntate absoluta, quæ non con  
 ditronata quatenus magis vult usuras sol  
 vere quæ mutui beneficiis carere.

Ad. 3. R<sup>r</sup> q. solvens usuras necessitate op  
 pressus non incurrit cum usurario fure, nec pec  
 cat, si faciat redimendo iuris sui vexationem  
 quod arbitrio boni et prudentis viri relinquen  
 dum est



Ad 4<sup>o</sup> R. q. in pecunia mutucata transfer  
 & dominium in eum cui fit mutuum, et  
 non sic in accommodata domo. Deinde pecu  
 nia in sui usu non deteriorat sicut domus  
 neq. est de se fructifera sicut ager aut aliq  
 res huiusmodi.

quibus de suo po  
 test liberaliter  
 donare, et q.

9

circum illa verba ad medium tertij capitis (=  
 usuram super abundantiam vocari ut si  
 in Syeme decem modios demus, ut in messe  
 quindecim recipiamus) adverte q. sunt in  
 telligerida, si plus valeant in messe, quā de  
 cim modij secundum commune forum, q. in  
 Syeme decem, alias si fiat comensuratio da  
 ti et accepti ad valorem pecunie, non erit u  
 sura, sed equalis comutatio.

10

contra illa verba prope finem tertij capitis  
 (non loquaris contra fratrem tuum falsū  
 testimonium) Arguit. q. etiam peccat  
 qui contra scriptum falsum testimonium  
 profert. ergo magis debuisse istud prohibe  
 ri. Item si quis falsum testimonium fert  
 ad utilitatem proximi constat q. sine du  
 bio peccat. et non peccat contra proximu  
 immo contra deum. ergo videtur q. prohibitio  
 falsi testimonij non respicit ad secundam  
 tabulam immo ad primam. Item quicquid  
 cum periculis ut in iuriam dei, et in iu  
 riam proximi. propter quod Magister dicit  
 periculum magis prohiberi in isto mandato  
 q. in secundo. et quare magis agitur de pericu  
 lo in expositione istius mandati, q. in expo  
 sitione secundi.

R. dicendum q. in hoc precepto prohibetur  
 fal



falsitas oris precipue prout ordinat ad no-  
 cumentum proximi. et per consequens rithi  
 Cominus in quantum ordinat ad nocumē-  
 tum sui. Verbum enim ad alterum est, et  
 qui falsum alteri loquitur quo dicitur modo qd  
 uis non nocet aliquid auferendo, fallit ta-  
 men decipiendo. ex parte patet solutio ad  
 primum. Ad 2. R. q. mendacium quod  
 est in doctrina fidei, et religionis. et est con-  
 tra ueritatem diuinam. et ordinat contra  
 nocumentum proximi, et diuersis causis  
 potest prohiberi. Et in mandatis primę ta-  
 bulę; et in mandatis secundę. Si uel dubi-  
 est de periurio. Et quoniam cognitio peri-  
 rij pendet ex cognitione mendacij (peri-  
 rium enim includit mendacium) si nec  
 q. quamuis prohibeat in secundō mandato  
 primę tabulę. Et quoniam secundę; hoc ma-  
 gister reseruat determinare de periurio in  
 explicatione quinti mandati. Et per hoc  
 possunt obiecta dissolui

De materia siue distinctionis agitur in tho  
 2. 2. q. 78. ar. 1. et q. 100. ar. 5. et qui  
~~tota 78. ar. 2. et q. 100. ar. 5.~~ et maxime q. 122  
 et 1. 2. q. 100.



*[Faint, illegible text in a single column, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, illegible text in a single column, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



Distinctio Trigessima octava que  
 incipit. Sciendum tamen est,  
 Postquam magister in precedenti distinctio-  
 ne egit de octo preceptis In hac que quattuor-  
 pitibus continetur incipit agere de peccatis  
 que isto octavo precepto prohibentur et divi-  
 ditur in tres partes principales. In quarum  
 prima a principio usque ibi (hic videndum  
 est) plura genera mendaciorum promittit  
 In. 2. usque ibi (quod dicitur omnia) explicat  
 quid sit mendacium In. 3. q. omne menda-  
 cium







quisquis mendacium loquitur mentitur  
 et non e contra. Hinc falsum loquens ve  
 rax esse potest: cum scilicet loquitur, quod cor  
 di sibi est. Hinc et e contra. Iudicus dicens  
 Christum esse deum mentitur quidem, quia  
 non credit, non tamen loquitur mendacium  
 quod verum omnino dicit. omne igitur men  
 dacium peccatum est, unum tamen alio  
 grauius, qui grauitatis ordo, per comparationem  
 ad id quod fit in doctrina fidei ac  
 capi potest. quod autem omne mendaci  
 um peccatum sic probat: ex Augustino  
 quod hoc debet homo loqui, quod arripere  
 rit; verba enim instituta sunt non ad fal  
 sendum: sed ut homines conceptus suos pra  
 dent. Licet autem omne mendacium sit  
 peccatum, non est tamen mortale, nisi  
 illud, quod fit ex malignitate, quod est per  
 niciosum. de quo intelligit illud psalmi  
 perdes omnes qui loquuntur mendacium,  
 ex his etiam patet non idem esse mentiri  
 et falli sive errare; hoc enim absque peccato  
 esse potest; ut cum quis errat in his, quae  
 sibi faciunt ad salutem, sive sciant, sive  
 ignorent immo errare (et sicut in via  
 rum) quandoque profuit in via pedum. An  
 autem Iacob cum dixit se esse Esau men  
 titus fuerit. Respondet per Augustinum  
 quod illud dictum Iacob, non fuit mendacium,  
 sed misterium, in te eridebat enim mali obe  
 dire, quae per spiritum noscerat misterium  
 et hoc de litera distincturis, quam magister  
 La



Latius prosequere adductis praeipue aucto-  
ritatibz. Augustini. in enchir. et contra  
mendacium. et super psalm. 5. et super le-  
uiti cum! Josue. 2. exod. 1. genes. 27, et  
Sapient. 1.

Ex quatuor eliciunt conclusiones (subu-  
na trimembres) in quibus tota eius sum-  
ma consistit

Prima conclusio octo sunt mendacij ge-  
nera ad tria reducenda, quae tanto sunt gra-  
uora, quanto primis mendacium magis ac-  
cedunt.

2<sup>a</sup>. Illud proprie dicitur mendacium quod  
est falsum cum intentione fallendi.

3<sup>a</sup>. Vniuersaliter omne mendacium  
est dicitur peccatum

ex qua trimembres  
elicit conclusio, in  
qua eius summa con-  
sistit quae talis est.  
ad tria reducuntur  
omnia mendacij ge-  
nera. quod proprie  
sonat falsum cum  
intentione fallendi  
est autem omne me-  
dacium peccatum  
~ in metrica sic  
Impia se pandunt oc-  
to mendacia ramis  
cruentis quae semper  
corda ferre solent.

Dubia literalia siue textus expositio  
1. circa illa verba post initium primi capituli  
(perfectus uero non conuenit mentiri, neqz  
etiam pro temporali uita alius, ne pro  
corpore alterius animam suam occidant)  
aduerte q. sic uitari potest secundum Augus-  
tinum in lib. de mendacis. Si enim aliquis  
ad mortem quae simpliciter nobis interro-  
gatus de eo sine loci determinatione. Respo-  
deritum est. q. cum non prodemus, etiam si o-  
porteat nos tormentis sustinere, pro quo falso,  
quamdam epistolam laudat. Si exue aminter



rogamur. Utrum sit in illis determinatio? Respondendum est, si ubi est, sed non dicam.

Illud autem quod ubi subdit post dicitur verba pernicitatis (mendacium iocustum etiam esse damnabile precipue si iteret) intelligendum est in quantum multiplicatio venialium disponit ad mortale.

contra illa verba predicta immediate sub sequentia (de mendaciis autem obstrictum et Daab q. fuerit veniale est) Arguitur q. ut dicit Gregorius in glossa super illud exod. 1. benignitatis eorum merces, quae in aeterna vita remunerari poterat, per culpam mendacii in terrenam reimpensaturae commutata est, sed nihil commutat mercedem aeternam in temporalem nisi peccatum mortale, ergo mortaliter peccaverunt. Item videtur q. Hieronimus Gregorium. Hieronimus enim dicit, q. edificavit eis dominus domos spirituales, ergo non retribuit eis in presenti.

non consentiat

Quod q. circa hoc est duplex modus dicendi quidam enim asserunt q. mendacium obstrictum habuit duplicem respectum, scilicet ad vitam perierum, et ad vitam propriam: mentiebantur enim pro utraque servanda. Et secundum q. respiciebat vitam perierum, sic erat ex pietate. Secundum autem q. respiciebat vitam propriam, quam magis dilexerunt, q. veritatem, sic erat ex libidine. Et primus modus erat peccatum veniale q. erat mendacium officiosum. Secundo modo erat



erat peccatum mortale, quod erat ex malitia  
dicitur videlicet ex amore libidinis vitæ pro-  
prie. et ex tempore, quod veritas confitenda  
esset. et proinde hęc culpa abstrahit eis mer-  
cedem, quam prius meruerant ex pietate  
deferendo et seruando pueris ex timore dei  
et secundum hoc procedunt diuersę aucto-  
ritates sanctorum ut isti dicunt

Sed iste modus dicendi insubstans et improba-  
bilis est. quis enim non videat dicissimum  
esse dicere. quod quis peccet mortaliter leuiter  
mentiendo pro seruanda corporis vita, aut  
salute. Alius proinde modus dicendi est  
quod in obsecrationibus est considerare pietatis bene-  
ficiam procedens. et mendacium subsequens  
quorum primum fuit ex quadam necessitate  
pietatis neque erat meritorium, sed dispone-  
bat ad meritum. mendacium uero suble-  
quens disponebat ad contrarium, et ideo pie-  
tas procedens fuit temporaliter remunerata  
propter mendacium, non quod mendacium il-  
lud auferat uitam gratię prius habetę. sed quod  
ad gratiam habendam uiam procederet, quod  
quidem bene potest facere peccatum ueni-  
le. et hoc est quod uult Gregorius de ceteris. be-  
nignitatis eorum merces, quę in eterna uita  
remunerari poterat. poterat inquam non po-  
tentia disposita, et pro pingua. sed potentia re-  
mota. ex quo patet quod nulla sit controuersia  
inter Gregorium, Augustinum, et Hieronymum,  
non enim est mens Hieronymi quod possederint do-  
mos spirituales pro dicitur substantias per assue-  
tudinem gratię, sed quodammodo ad gratiam pro-

para



paratq̄ fuerunt per timorem, et pietatem  
 contra illa verba post medium capituli pri- 4  
 mi (quartum solam mentiri fallendi q̄  
 Libidine, quod mirum mendacium est.)  
 Arguit, videt enim, q̄ nullum tales men-  
 dacium, q̄ secundum q̄, aut Dionysius, nul-  
 lus operat ad malum aspiciens, sed menti-  
 ri de se malum est, ergo nullus mentis as-  
 piciens ad ipsum mendacium. Item libido  
 est radix omnium malorum, ergo omnis  
 summe venie quarto generi mendacij, sed  
 omnimendacis, ac per consequens ponere  
 am non debet speciale mendacij genus assig-  
 nari. Item mendacium quod fit solam li-  
 dine mentiri, nullam habet excusatio-  
 nem, sed peccatum quod non habet excu-  
 sationem est <sup>tantum</sup> gravius quarto minus de ea  
 habet, ergo illud erit primum et gravius  
 inter omnia mendacia, ac ex consequenti  
 male constituit quartum in ordine.  
 R̄ q̄ illud mendacium dicit esse ex libidi-  
 ne quod dicitur mentis solum ut placeat  
 P̄ q̄ quod notandum est q̄ libido dupliciter  
 dicitur uno modo idem est q̄ improbitas  
 et sic est radix mortalium peccatorum  
 Alio modo dicitur libido quae cumq̄ immode-  
 rata delectatur, et sic libido dicitur a liberando  
 et hoc modo non solum est radix mortalium  
 sed etiam venialium. Hoc autem dupliciter  
 potest intelligi, aut communiter, prout quae  
 ut finem in actu primo, aut consequente  
 aut



aut specialiter prout in actu proprio qui  
 est. Primum quidem modum communem est  
 omni peccato, secundum vero modum per se ip-  
 sam accipit differentia mendacij. quod ex  
 libidine fit. quod inquam non dicitur fieri  
 ut, quod procedit ex mala voluntate, sed quod  
 homo in mentiendo, non querit aliud quod se  
 ipsum oblectare in ipso mendacio. et huius  
 modi minus malum est, quod illud quod in-  
 tendit alij prodasse; et idem modum locum  
 tenet inter omnes mendaciorum genera. //

Ad 1. Obiectum. Quod in mendacio sunt  
 duo scilicet veritatis absentia, et quodam  
 ars, sive astucia, et licet quis non delectetur  
 in absentia veritatis, contingit tamen  
 aliquem delectari in ipsa arte et astucia quo-  
 dam modo mentiendo. et hoc alio modo ha-  
 bet speciem boni. et ratione illius dicit Au-  
 gustinus, quod de la mentendi libidine contin-  
 git aliquem mentiri. Ad 2. dicendum  
 quod libido, ubi sumit large sed hic appropria-  
 te ad delectationem, quod habet in ipso actu  
 mentendi; quia quis finem in se querit. et  
 non in altero. quod idem constituit speciem men-  
 dacij, quod inquam in alijs speciebus mendacij  
 homo non tantum in se, sed etiam in alijs fi-  
 nem querit. Ad 3. dicendum quod illud non  
 est usquequaque verum, quod magnitudo men-  
 dacij attenditur secundum maiorem obli-  
 gationem intentum, magis autem obligatur  
 quis



quod intendit alium offendere, quod semet  
ipsum delectare. et proinde ratio illa non  
valet

circa illa verba prope finem capituli primi  
Cotaxum mendacium est quod nulli obest  
et alium prodest, ut ab immundicia corpo-  
rali aliquem tueat. Dubium est quid ratio  
faciendum ipsi iudicari. si propter immu-  
diciam vel libidinem querat. <sup>dicunt</sup> quidamque  
si sentit se perfectam non debet mentiri, quod  
in ipsa violatione non consentit, et sic a  
peccato immunis erit. si autem sentit se im-  
perfectam, debet peccatum veniale committe-  
re, quod in periculum mortalis incurrit. <sup>postius</sup>

Sed melius dicendum quod si propositum non  
consentire debet, spero suam inde ponere  
debet, qui non potest tentari. Similes su-  
pra posite. et non debet venialiter peccare  
ex hoc enim ipso, quod ponit aliquid debi-  
tum: vel dignum fieri, auferat omnino ratio  
peccati. et ita omne mendacium non esset  
peccatum, quod est contra Augustinum.

Contra illam definitionem mendacii ex  
Augustino ad initium capituli secundi (men-  
dacium est falsa significatio vocis, cum in-  
tentio fallendi) Arguitur quod abstracte et  
concrete eadem est definitio, sed mentiri  
potest quis sine falsa vocis significatione. Si  
autem postea dicit magister, scilicet, cum quis  
intendens dicere falsum dicit verum. Ergo ista  
non est recta definitio. Item sicut men-  
da



daciurn contingit esse in verbis: ita etiam  
 et in factis. ergo non tantum debet dici falsa  
 ueris significatio; sed etiam falsa significa-  
 tio operis. Item uidetur praedicta definitio  
 non conueniat omni mendacio, quia qui in  
 re mendacis officioso, non intendit fallere  
 sed prodesse, et qui etiam mentitur menda-  
 cio uolens non incedit nisi seipsum delec-  
 tare. ergo non uidetur ista definitio omnimode  
 daciurn conuenire.

R<sup>o</sup> dicendum, quod sicut in precedentibus in-  
 sinuat ad completum esse mendacij duo  
 concurrunt. scilicet falsa ueris significatio  
 sicut materiale, et fallendi intentio sicut  
 formale. et ideo recte est assignata praedicta  
 mendacij definitio // // //

Ad. 1. R<sup>o</sup> quod mendacium non tantum dicitur  
 comparationem ad mentientem, sed etiam  
 ad ipsam rem, de qua fit sermo. mentiri-  
 uero, proprie dicitur comparationem ad ipsam  
 mentientem. Et hoc plus claudit in sermone  
 daciurn, quam mentiri, neque est idem omnino  
 mentiri, et mendacium dicere, sicut magis-  
 ter in littera dicit aperte. nec sequitur, si  
 aliquis mentitur, quod dicit mendacium, si men-  
 daciurn proprie accipiat, nisi forte large no-  
 men mendacij sumat ad mendacium secun-  
 dum quod, uel simpliciter.

Ad. 2. R<sup>o</sup> quod  
 si aliquo modo mendacium est in factis uel in  
 re ut Ambrosius, proprie tamen in verbis est  
 sicut dicit Augustinus: Verba autem sunt pro-  
 prie



prae signa dicentia mentes conceptum quod  
 ab interiori procedunt. et voluntarie firmantur.  
 Et quoniam mendacium respectu  
 dicitur ad illud, quod est in mente interiori.  
 Sicut est quod proprie est in sermonibus, et non  
 69. et per falsam vocis significationem dif-  
 finit, licet et in alijs aliquo modo analogi-  
 ce, et per posterius reperiat. Ad 3. R. q.  
 assignata definitio per se conuenit me-  
 dacio pernicioso, officioso autem et innocuo per  
 posterius. Unde verbum fallendi in defi-  
 nitione mendacij non solum importat de-  
 cipere, sed etiam falsum dicere, et hoc est om-  
 ni mendacio commune, et generale, falsum  
 enim dicere exterius, quodam modo fal-  
 sare est, dum homo id dicit, quod potest ho-  
 minem ad falsitatem deducere et deducen-  
 do ad falsitatem, fallere et decipere.

Notandum vero quod cum ad finem tertij ca-  
 pituli dicitur (nec omne mendacium isto praecep-  
 to prohiberi videtur) intelligendum est dicitur  
 et sicut contrarium praecepto  
 et cum in ipso fine tertij capituli subiungitur  
 (nec praeceptum descriptio mendacium istius  
 includi) verum est si intelligatur mensura  
 fallendi, secundumque fallacia est, contra-  
 tum induente, sed etiam in audiente qui  
 fallit, iuxta ea quae dicta sunt.  
 contra illa verba prope finem capituli quar-  
 ti (Iacob quod matrem facit auctorem, ut  
 falleret patrem si diligenter attendatur  
 vi



Videt non esse mendacium sed mistriam  
 Arguit qd Jacob. dixit falsum cum inten-  
 tione fallendi patrem, intendebat enim  
 significare, qd ipse esset Esau, ergo simpli-  
 citer fuit mendacium, ergo simpliciter fu-  
 it mentitus. Item mendacium est ita  
 malum, qd nullo modo potest fieri bonum  
 nec per se, nec per dispensationem aliqua  
 ergo nullo spiritus sancti consilio, nec men-  
 tis imperio potuit ipse Jacob a mendacio ex-  
 cusari. Rr. Dicendum: qd secundum be-  
 atum Ambrosium, et etiam Augustinum  
 Jacob. uir simplex a mendacio excusatur  
 Et quantum ad id, quod dixit verbo, et quan-  
 tum ad id, quod gessit opere. Verbo enim di-  
 xit, et factu simulavit se esse Esau, quan-  
 tum ad id, quod dixit verbo excusatur, quia  
 non intendebat patrem fallere, sed dirigere,  
 non intendebat etiam dicere se esse Esau,  
 quantum ad personam, sed quantum ad dig-  
 nitatem primogeniturae; et benedictiones  
 quam tibi a dno vindicauerat, et hoc non  
 propria auctoritate, sed matris imperio, et  
 spiritus sancti consilio dicebat, qui quidem  
 spiritus sanctus, in uno et eodem uocabulo  
 multiplicem habet intelligentiam, quan-  
 tum etiam ad id, quod facit factu simulando  
 se esse Esau non peccauit, qd secundum Am-  
 brosium, factum illud figuram preferbat fu-  
 turum. Unde propter figuratiuam, et  
 rectam intentionem, qua dirigebat secundum  
 spiritus sancti illustrationem, dicit Augustinus  
 Jacob

ergo



Jacob non omisit mendacium, sed im-  
 plesse mysterium iuxta scripturam testimonium  
 um. Et uerum illud simplicem dicit et  
 non dolosum.

Ad. 1. obcolorem. Ita negando quod dicit  
 non enim incedebat dicere se esse Esau  
 quantum ad proprietatem personae, sed qua-  
 tum ad proprietatem benedictionis, et pi-  
 nis generis. Ad. 2. R. q. illud uerita-  
 tem habet, quando mendacium uere, et pro-  
 pter mendacium est, sed hoc modo Jacob me-  
 dixit, quod quoniam uerum proinde  
 uer, aliud tamen profigurabat, et spiritus  
 sanctus, illud quod profigurabat, princi-  
 paliter incedebat, et Rebecca precipi-  
 ens, et Jacob obediens, cuius signum est, qd  
 ipse Isaac post benedictionem datam per spi-  
 ritum sanctum in extasi eleuatus, et in-  
 telligens futurorum profigurationem,  
 post qd etiam deprehendit ipsum fuisse Ja-  
 cob confirmante prius datam benedictionem,  
 de materia sui distinctionis agit. 8. Tho-  
 2. 2. q. 110 specialiter art. 4. et ibi in  
 incipit.



*[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical or legal document.]*

*[Faint, mostly illegible handwritten text on the right side of the page, possibly a continuation or a separate entry.]*



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



Distinctio Trigessimatona, quae  
 incipit. nunc de periurio uideamus, et  
 Postquam magister egit de mendacio in prece-  
 denti distinctio. In hac quae duodecim  
 capitibus continet agit de periurio. et diui-  
 ditur in tres partes principales. In quarum  
 prima a principio usque ibi (si autem quis  
 uer) Agit de periurio specialiter. In 2<sup>a</sup> us-  
 que ibi (quae uer etiam uerum) agit de iura-  
 mento generaliter. In 3<sup>a</sup> determinat quae-  
 dam quaestiones incidentaliter. et tunc  
 usque ad finem distinctio, quae in epistola  
 ista redacta se habet. // //

periurium est mendacium iuramento fir-  
 matum quod autem periurium sine men-  
 dacio esse possit Hieronymus inuere uidet  
 qui, q. ubi deest iudicium, iustitia, uel ueri-  
 tas (quae sunt debiti uirtutes iuramenti) ibi  
 est ~~speciale~~ mendacium, sed ueritas potest deesse ubi  
 non est mendacium. ut cum quis iurat illud  
 quod credit esse, et tamen non est. ergo per-  
 iurium potest esse sine mendacio. quidam  
 tamen tenent periurium sine mendacio et  
 se non posse, q. sicut potest dici falsum sine  
 mendacio, ita potest dici falsum sine periurio.

~~Abij tamen illud quod dicitur non esse peri-  
 iurium sine mendacio. ut exponit in  
 Licera: tunc sequit aliorum opinio q. per-  
 iurium est, sine quis iuret falsum intentu  
 ne fallerit, sine quis iuret uerum, quod pu-  
 tat esse falsum, sine iuret falsum quod putat  
 esse uerum ut colligitur ex Augustino de uer-  
 bis~~

et sicut dicitur alio  
 quando falsum  
 sine mendacio, ita  
 iurat falsum sine  
 periurio

immo et  
 magistri  
 opinio



immo et eum  
qui iuramento  
falsum firmat  
quamuis ipse ve  
rumque sit

bus. Apollonius talis enim reus est. quod per se  
non iurare. quod sebi perspicuum non est  
quod si querat uerum quis iurat. quod uerum  
est quod iurans esse falsum. quod faciat ob  
rationem periuurij. Respondet quod non facit  
hoc falsa ueris significatio. quod non est ob  
sed in uerbo falsum dicens. At autem  
~~quis falsum iurans per iuramentum~~ cum quis  
iurat se aliquid facturum. quod postea non  
facit sic periuurus statim cum iurat. Respon  
det quod non. sed ex quo mutat propositum faci  
endi illud quod iurat. Nec tamen iurare  
semper est peccatum. immo saepe est licitum  
cum sit cum ueritate predictis. pro utilita  
te debita uel iusta causa ut cum p. q. in  
nocentis probitas per hoc ostendi debet et in  
seruicij est tamen periuurium iurare  
propter timorem periuurij in quod facile  
(maxime si fiat ex uis uetudine) lingua  
prolabitur. et proinde dominus in euange  
lio retrahit iuramentis. iurare uero per  
creaturas ipsas honorem exhibendo licitum  
non est. nisi quatenus in illis honorat deum  
et sic uir specialiter perfectus licitum esse  
dicit magister. et sic iurauit Joseph per sa  
lutem Pharao. et alias dominus autem  
licet iurare neque per uellum. neque per terram  
et cetera. Unde plures tenent iuramentis qui iur  
ant per deum. quod qui iurat per creaturas aut  
per euangelium. quod ob dei reuerentiam om  
ne iuramentum fieri debet. Iurare enim  
est deum in testem adducere seu uocare.  
est etiam quoddam iuramenti genus. quod

speciale  
est.



iurati exsecratio. ut cum quis dicit si ego /  
 tale. vel tale feci. Sic vel illud mirabile  
 eveniat. *Leuiticum*. Per falsos autem deos in  
 fidelis iurans peccat sed *Leuiticum* est fidei  
 iuramentum eius ad bonum uti. iuramen  
 tum etiam que sunt contra fidem, et carita  
 tem, vel que observata vergunt in deterio  
 rem exitum observanda non sunt. quod ex  
 emplis et auctoritatibus asserunt nec quita  
 lia iuramenta non implet per iurum iudi  
 caridus *Ex hoc*. sed quod temere iudicavit unde *Ambrosius* dicit  
 deinde auctoritate *Isidori* asserit, q. quacum  
 que arte verborum iuratur, deus. sic iuramentum  
 accipit, sicut ille cui iurat intelligit. ille  
 autem qui iurat alium iurare reseruat eum  
 iuratum falsum non peccat: si autem  
 sic cum falso iuratum *Somnioda* est.  
 Deinde autem iurandi subdit q. debet  
 ieiunium fieri nisi pro pace fiat. aut pericu  
 lum sit in mora. *Et sic dicitur ad iuranc  
 tum*, quam magister *Latinus* prosequit  
 additis precipue auctoritatibus. i. *corinth.* 1.  
*Augustinus*. de verbis *Apostoli* serm. 28 / 22 ||  
 q. 2. cap. *Simone*, et de serm. *dom.* in mo  
 te, et super epistolam ad galatas. et in episto  
 la ad *Publium* lam. et habet. 22. q. 1. cap  
 mouet. i. *reg.* 25. *Roman.* 1. *matth.* 5.  
*Deuter.* 6. *Leuit.* 13. *matth.* 6. *Hieroni  
 mi* sup *mattheum* genes. 43. *Beda* simit  
 44. in lib. de *fructu*. et *Saber.* 22. q. 4. cap  
 et etiam *Marci.* 6 ||

est non nunquam contra  
 officium dei promiss  
 sum solvere sacramen  
 tum ut *Herodes* fecit  
 Item *Isidorus* in ma  
 le promissis reseruat  
 fidem in turpi uoto  
 muta de ceterum  
 quod incaute iurauit  
 si refacias impia  
 est promissio que sce  
 lere adimpletur  
 Item *Augustinus* lo  
 quens de iuramento  
*Dauid* contra *Nabal*  
 ait. quod *Dauid* iura  
 mentum per sangui  
 nis effusionem non  
 impleuit maior pre  
 tas fuit; iurauit *Da  
 uid* temere sed non  
 impleuit iuramentum  
 maiori pietate. qui  
 ergo sic iurat si ad  
 implet dupliciter pec  
 cat.

Ex quatuor eliciuntur conclusiones (ueluna  
 tri.)



ex qua tamquam  
 elicit conclusio in  
 qua eius summa con-  
 sistit, quae talis est  
 omnem mendacium  
 iuramentis forma-  
 tum est perjurium  
 sed non e converso  
 iurare autem non  
 semper est licitum  
 nec per falsos deos  
 licet et si iuramentum iu-  
 retur. licet nec per  
 falsos iurare per crea-  
 turas.

metrice sic  
 qui iuramentis men-  
 dacia dicitur metur  
 is per iuramentum  
 tollit a se suo

trumentis) in quibus tota eius summa con-  
 sistit. Prima conclusio. omnem mendaci-  
 um iuramentis formatum est perjurium  
 non tamen omnem perjurium est menda-  
 cium.

2<sup>a</sup>. iurare nec semper est licitum, ne-  
 que semper illicitum.

3<sup>a</sup>. iurare per creaturas perfalsis per-  
 missum est. per falsos autem deos, nusquam  
 licet, etiam si verum iuret.

Dubia literalia siue textus exposi-  
 circa illa verba in principio primi capitis  
 (nunc de perjurio videamus) advertite  
 quod quatuor tractatum istum videbatur  
 ponere debuisse in expositione secundi pre-  
 cepti, quod tamen perjurium ad hunc gri-  
 honem supponit mendacium, ideo neces-  
 sitate progressus, post tractatum de men-  
 dacio, de perjurio subiecit.

contra illa verba post initium primi ca-  
 pituli (adverteendum est quod iurandum  
 tres habet comites) Arguit quod videtur ibi es-  
 se superfluitas, quicunque enim iuratum  
 iudicio discretivum, vere et iuste iurat, et  
 quod sufficiebat ibi poni iudicium, et ex con-  
 sequenti superfluit veritas, et iustitia.  
 Item cum omnia opera nostra debeant  
 fieri cum discretione, rectitudine, et veri-  
 ta



tate. Inare potius iuramentum debet //  
 Sabere productus tres cornices, q̄ alud ver. //  
 bum, et falsum. Ac proinde queritur //  
 casus peres quid accipit numerus isty //  
 trium cornitum?

Rr Dicendum q̄ iuramentum compa-  
 rat ad tria. scilicet ad iurantem, a quo  
 procedit, ad rem de qua fit, et ad causam  
 pro qua. secundum comparationem ad  
 eum a quo egreditur debetur sibi iudicium,  
 secundum comparationem ad rem de qua  
 fit debet sibi veritas: ut sit adzquator //  
 et sermo. secundum uero compara-  
 tionem ad causam de qua, sic debet sibi  
 iustitia, ut pro iusta causa fiat. Et quo-  
 niam omne iuramentum habet istas tres  
 comparationes, ideo omne iuramentum iura-  
 mentum. habet istos tres cornices.

Et per hoc patet Responsio ad illud, quod  
 ultimum queritur. //

Ad id autem, quod opponit, q̄ sufficit iu-  
 dicium. Rr, q̄ illa ratio non ualeat desi-  
 cit enim talis modus loquendi, in his que  
 se habent per connexionem, q̄ enim vir-  
 tutes connexę sunt, si una habet, habent  
 et omnes. Et tamen non sequit, q̄ si una  
 habet ceterę superfluant. Mihi etiam de-  
 fuit, scilicet eum aliqua se habent per ad-  
 ditionem, posito enim posteriori ponit pri-  
 us. Et sic posita rationalis in summe poni-  
 t sensibilis, et uegetabilis, et tamen ex  
 quo rationalis habet, non propterea aliquid  
 per



perfluunt. Et sic est in proposito intelligi  
 dum. Quoddam enim iuramentum fit  
 iuste, quod tamen non fit vere. et aliquid  
 fit vere et iuste, et non tamen discrete  
 quod sine premeditatione. et idcirco il  
 la non valet.

Cum uero queritur quare potius iuramen  
 tum habeat uel comites. quod alius altus.  
 Quod quod est quod iuramentum est in asser  
 tione nostri sermonis. Sermo autem nos  
 ter dubietatem habet. secundum quod dicit  
 Sapientia. Cogitationes mortalium timide  
 et incerte providentia est. idcirco ad hoc quod  
 sermo noster per diuinam uoluntatem  
 confirmet dicitur. et conuenienter indi  
 gat comitibus ipsam regentibus. ne inue  
 niat dissimilis ueritati inuocat

circa illa uerba ad medium capituli quarti  
 Confirmus ergo illud scilicet iurare per cre  
 aturas, prohibuit. aduerte illud factum  
 fuisse propter duo pericula. Primo ne a  
 liquod numen creaturis inesse crederent  
 Secundo ne tali iuramento. se obligari  
 non crederent. fidem frangerent.

Contra illa uerba in principio capituli quin  
 ti (Si autem queritur quis magis teneat  
 an qui per deum. an qui per angelum  
 uel creaturas iurat. dicimus qui per de  
 um) Arguit contra dictum et ratione  
 quam assignat magister. quod iurans per cre  
 aturam non iurat nisi per deum, quod non in  
 ten



tendit invocare creaturam testem. sed crea-  
turam. si ergo idem est utroque per quod iu-  
rat. ergo eadem est obligatio, et uniformis  
ergo unum <sup>non</sup> est maius altero. Item quia  
et sollemnius est iuramentum, tanto trans-  
grediens est infamior. et tanto obligatio  
maior. sed cum maiori sollemnitate con-  
suevit fieri iuramentum, quod fit per crea-  
turam, quod quod fit per deum, ergo etiam  
Item magis est contemnere plura bona  
quam unum; sed qui iurat per creaturam  
si peierat, contemnit creatorem, et crea-  
turam, qui vero iurat per deum. et peie-  
rat contemnit alterum tantum, ergo iu-  
rumentum, quod fit per creaturam, est ma-  
gis obligatorium, quam iuramentum, quod  
fit per deum. //

R<sup>r</sup> Dicendum q<sup>d</sup> Responsu magistri  
et confirmatus, regulariter vera est. quod  
ante sanctius est per quod iurat, tanto iura-  
mentum est magis obligatorium. Sic in-  
telligendum est ceteris paribus ubi sollem-  
nitas observat. Unde sicut dicit Chrysostomus  
magis obligatorium est iuramentum, quod  
fit per deum, quam quod fit per creaturam.

Ad primum argumentum R<sup>r</sup> quod cum quis  
iurat per creaturam intentus fert ad deum  
sed hoc tantum habitudinaliter. cum vero  
quis iurat per deum, non tantum fert ha-  
bitudinaliter, sed etiam actualiter, et quod  
nam amplius est non verus actualis, quam  
habitudinalis. Hinc est q<sup>d</sup> secundum ipsam  
ma



maior attendit obligatus, et maioris cul-  
 pa est ipsa transgressio. Ad. 2. R. du-  
 pliciter primo, quod non tantum fit iurame-  
 tum, per angelicam dei: itaque non tantum  
 deo, sed ad ipsum concessio habitudinalis,  
 ratione sui effectus, sed etiam <sup>fit</sup> actualis in  
 semetipso, et ad assumptam humanita-  
 tem, et ad propositam veritatem, et idcirco  
 tale iuramentum, rationabiliter debet  
 fieri cum maiori solemnitate, et amplius  
 rem inducit obligationem. Aliter dicitur po-  
 test quod hoc accidit propter solemnitatem  
 super additam, quam omnes in forma  
 illa observare cuius simile est in iure  
 solimodo factis deo de religione, aut omis-  
 so in manibus Prelati. Ad. 3. R. quod crea-  
 tura comparatione creaturis nihil est. Un-  
 de, quod nihil addit supra divinam excellen-  
 tiam, nec contemptus eius super contemptum  
 dei. Preterea non ad id contemnit  
 deus in creatura, sicut contemnit in seipso  
 contra illa verba prope finem capituli sexti  
 (iura scilicet deum est adhibere) Ar-  
 guet quod sequeretur quod forma ista iurandi  
 deus mihi testis est, et iuro per deum non  
 essent diversae formae iurandi, iuxta quod  
 quaeque cum aliquando iuremus per hanc  
 propositivam, per, aliquando per hanc pro-  
 positivam, in. secundum quod dicit Apostolus  
 Roman. 9. veritatem deus in Christo Iesu,  
 et iuramentum, quod inter has differen-  
 tia? Item quod cum in iure testamē-  
 to



to iurare hoc modo. vivit dominus et hoc  
 misefaciat, et hoc addat. in primitivane  
 ecclesia. Secundo, testis est mihi deus  
 et in tempore modernum iuret per deum, ut  
 deveniat ista formarum differentia, secun-  
 dum diversa tempora!

Quod dicendum, quod in forma iuramenti  
 introducit ipsa veritas in testimonium; et  
 hoc potest esse multipliciter, aut in quantum  
 tenet rationem precipientis; et sic iurat  
 per deum: itaque per, importat similitudinem  
 principij, aut in quantum importat  
 similitudinem precipientis, et cognoscentis  
 et sic est ista forma, testis est mihi deus, si-  
 ve sic deus, quod idem est: aut importat  
 similitudinem retribuents respectu bonorum  
 et sic iurat vivit deus, qui vitam alijs  
 tribuit: aut in quantum importat simi-  
 tudinem retribuents respectu malorum.  
 Et sic iurat hac forma, Misefaciat mihi deus  
 et hoc addat. Et quoniam ipsa veritas  
 nunc manifeste adducit ad confirmationem,  
 tanquam omnis veritatis principium  
 et exemplar; hinc est quod in nova lege dupli-  
 citer iurat. et quod tempore primitivae eccle-  
 siae, veritas mundum erat manifesta, sed  
 indigebat maiori evedentia. hinc est quod te-  
 nebat tunc ista forma. testis est mihi deus  
 quod vero in veteri testamento considerabat  
 divina veritas, ut vindicans. et ulciscens  
 quod sub ratione severitatis, et equitatis, hinc  
 est quod duplicem formam in veteri testamento  
 Ser



servabant, scilicet vivit deus. et hoc faci  
at mihi deus et hoc addat.

ex hoc ergo iam patet prodeuctarium differē  
tiarum distinctio, et sufficientia. et usus  
earum secundum diversa tempora.

Ad illud quod queritur quod differentia im  
portat per hanc propositivam, per. et  
per hanc propositivam, in, R. q. Per. ma  
gis dicit ipsam veritatem sub ratione tes  
tificationis, et principiantis. hanc autem pro  
positivam, in, importat sub ratione divingueri  
tatis, sub ratione testificantis, et exempla  
tis. Unde secundum rem, idem est iurare  
in deo, et per deum, et dicere testis est mihi  
deus, sic est differentia ex parte modi dice  
di.

contra illa verba circa finem capituli sep  
timi (sine dubitatione minus malum  
est per deos falsos iurare veraciter, q̄ per  
deum verum fallaciter) Arguit, maior  
peccatum est idolatria, q̄ perjurium, si  
ve verum siue falsum, sed idolatria in  
iurando committit idolatriam; q̄ idolum  
venerat per ipsum iurando. ergo si iurat  
verum per falsos deos magis peccat, q̄ ille  
qui iurat falsum per verum deum.

R. q. in iuramento illo, quod quis iurat per  
falsos deos duo sunt, scilicet illud, quod as  
serit, et illud per quod asserit si respiciamus  
illud, quod asserit, sic est minus malum  
et sic loquitur Augustinus; q̄ ex illa parte as  
serit verum, et ex alia parte falsum. Si vero  
repi



20

Respicimus ad illud per quod iurat magis  
malum est, iurare uerum per falsos deos  
q̄ falsum per uerum deum, et secundum  
istam uiam procedit obiectus.

7

Contra illa uerba post medium capitis un-  
decimi (qui protercat Somnium ad iurati-  
onem; et sic eum falsum iurare, uincit  
Somnium) Arguit q̄ iudex sciens al-  
quem iurare falsum, tenet tamen nisi  
Somnium ex officio ab eo exigere iurame-  
tum, ergo uidet q̄ faciendū illud, ad quod  
tenet peccet mortaliter occidendo proxi-  
mum.

R̄ q̄ exigens iuramentum, aut est per-  
sona publica, aut priuata: si publica sic  
tenet exigere secundum iuris ordinem  
sive sciat, sive nesciat ipsum falsum iur-  
re; q̄ non imputat sibi. Verbum autem  
Augustini intelligit de persona priuata, qui  
non compellit ex iuris ordine iuramentū  
exigere, sed ex propria uoluntate.

8

Contra illa uerba in principio capitis duode-  
cimi (sancta Synodus decreuit, nisi propa-  
ce fauenda ut omnes fideles, ieiunij ad sacra-  
menta accedant) Arguit q̄ iuramentū  
non est opus privilegiatum, immo pertinet  
tam ad imperfectos q̄ ad perfectos, ergo non  
uidet q̄ circa ipsum sit huiusmodi solenni-  
tas ieiunij obseruanda.

R̄ dicendum q̄ hoc non est propter privile-  
gium, sed magis propter periculum, q̄ post  
cibum, et potum. Somnus prior est ad multi-  
l



Loquium, et ides facilius caderet in periu-  
 rium. Preterea ides institutum est ut ieiunio  
 ma ieiunio fiat iuramentum, ut per hoc ostenda-  
 t, q, cum magna reuerentia est nomen diu-  
 num in testimonium adducendum, et non  
 passim pro quacumq; causa. excipit autem  
 bonum pacis, q, ipsum est maxime appetē-  
 dum, et oppositum maxime fugiendum. un-  
 de q, in reformando pacem riora trahit peri-  
 culum ad se. ides in casu isto, non ita servat  
 ieiunium.

et caute  
la

De materia istius distinctionis agit. d. Thom  
 2. 2. q. 84. ar. 7. ad. 3. et q. 89. specialiter  
 ar. 7. ad. 2. et 3. et q. 98. ar. 2. et 3. et  
 ibi eius interpretes.



*[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and orientation.]*

*[Small handwritten mark or note on the left margin.]*



Distinctio quadragessima, quæ incipit  
 sextum præceptum est. *Etys =*

Postq̄ magister in precedenti distinctione e-  
 que de peccatis ad octavum præceptum spectā  
 tib 9. In hac, quæ duobus capitibus continē  
 e, prosequat tractatum de præceptis, agens de  
 duobus præceptis residuis, et ultimus decalogi.  
 Et dividit in tres partes principales. In qua  
 riam prima a principio distinctio usq̄ ubi  
 si uero querit) ponit sextum, et septimum  
 præceptum. In secunda parte usq̄ ubi (distat  
 euangelij littera) remouet quasdam dubitati  
 ones de lege. In 3. proponit differentiam legū  
 scilicet mosayce, et euangelicæ. et hoc usq̄ ad  
 finem distinctiois. quæ in Episthomen redac  
 ta sic habet ))

Sextum secundæ tabulæ præceptum et ordine de  
 calogi nonum, quod est de non concupiscenda  
 proximi uxore. *Et non desiderabis uxorem pro*  
 ximi tui) et præceptum ultimum et finale qu  
 od est de non appetenda qualibet re alterius  
 (scilicet, non concupisces domum proximi tui  
 non seruum, non ancillam) differunt a duobus  
 prioribus incediam, et furtum prohiben  
 tibz, quibus prohibentur opera, in illis autem  
 concupiscentia, ac prorsus actus interiores, et  
 inde lex uetus dicit manum, non animum  
 comprimere, quod tamen quantum ad ege  
 rmalia intelligendum est. uel etiam, quia  
 tam generalis, et stricta sit in ea prohibitio co  
 cupiscentiæ, sicut in lege noua, quæ et idem u  
 tumq̄ comprimere debet. Littera uero occidentis  
 Lex

scilicet



Lex uetus dicit ed q. concupiscentiam manda  
 to occasionaliter auget (concupiscentia ecc  
 nim resurget, nisi lex diceret non concupisces)  
 nec gratiam tribuit, quae per euangelium  
 dat abundantius. Hinc et littera legis ab e  
 uangelio distat ~~quia~~ q. in eis diuersa prom  
 issa (in altera scilicet temporalia, in alte  
 ra aeterna) diuersa sacramenta (in alte  
 ra scilicet quae gratiam conferunt, in altera  
 non item) diuersa quoque non moralia, sed  
 ceremonialia in ueteri iure precepta.  
 et hinc de littera distinctionis quam magis  
 ter Iulius prosequit adductis precipue auc  
 toritatibus. Matt. 5. et 2. corin. 3. et August

ex ea autem tres eliciunt conclusiones (uel  
 una trimembus) in quibus tota eius summa  
 consistit. Prima conclusio sextum preceptum  
 secundae tabulae prohibet appetitum in echan  
 di, et septimum uoluntatem fornicandi.

2<sup>a</sup> Littera legis dicit occidens non quod insu  
 fuerit prohibuit, sed quod sicut euange  
 lium gratiam prebuit

3<sup>a</sup> Lex mosayca multipliciter differt ab  
 euangelica.

super ex d. 21.  
 ex qua ~~conclusionibus~~  
 elicit conclusio in  
 qua eius summa con  
 sistit, quae tales est  
 sextum et septimum  
 preceptum etiam in  
 teriores prohibent  
 appetitus, et litte  
 ra legis (quae multi  
 pliciter ab euange  
 lio differt) dicitur  
 occidit; quatenus non  
 sicut euangelium gra  
 tiam prebuit.

Dubia literalia siue textus expositio  
 contra illa uerba in principio primi capitis (sex  
 tum preceptum est non desiderabis uxorem  
 proximi tui) Arguit. Prius est concupiscere  
 q. in echan, ergo illud mandatum non sexto

metu sic  
 Furti et adulterij  
 prohibet lex edita  
 factum  
 cum desiderium lex  
 utriusque uetat

1

im -



immu in testu erat uolucandum inter precepta secundae tabulae) Item nihil debet precepti, nisi quod est in nostra potestate, sed natura, quoadiu corrupta est. Sabet proinitatem concupiscendi, ergo concupiscentia non debet in decalogo prohiberi. Item sicue contingit concupiscere dominum; ita etiam contingit concupiscere filiam, et concubinam, ergo in mandato illo non prohibetur carnis concupiscentia.

^  
textorem

R<sup>o</sup> Dicendum q<sup>o</sup> media se habet ex additione ad concupiscentiam, q<sup>o</sup> mecharij est in corde, et opere: concupiscere est in corde. et q<sup>o</sup> prohibetur dicitur negatiuam, utriusq<sup>o</sup>, q<sup>o</sup> negationes se habent e contrariis affirmationibus. ides prohibetur concupiscere addit supra prohibitionem mecharij et generaliter prohibetur peccati cordis addit supra prohibitionem peccati operis, plus enim est prohibere peccatum cordis, q<sup>o</sup> peccatum operis, q<sup>o</sup> peccatum operis, presupponit peccatum cordis. et ides ista duo mandata, in quibus prohibetur concupiscentia ultimis locis sunt ordinata.

et per hoc patet Responso ad primum argumentum. Ad 2. R<sup>o</sup> q<sup>o</sup> est concupiscentia, que consistit in sensualitate, et est concupiscentia, que est in consensu rationis progressius ad opus. Prima est peccatum ueniiale, nec prohibetur sed esibetur. secundum uero est peccatum mortale, et prohibetur in quantum est progressiua ad opus. Unde istius man



mandati explicatio. Et intellectus insinuatur  
 ubi dicitur fili post concupiscentias  
 tuas non eas. ubi simpliciter non prohibe  
 re concupiscere. sed post concupiscentiam  
 bulare consentiendo. Et in alium progre  
 dendo. Ad. 3. R. q. filia et concubina  
 dupliciter potest concupisci. aut in posses  
 sionem. ut redigat in servitutem. et famu  
 lacum; aut ad operis carnalis consummatio  
 nem. Primum prohibet per septimum pre  
 ceptum. non concupisces rem. Secundum  
 vero prohibet per mandatum illud. q. pro  
 hibet concupiscentia carnis contra legiti  
 mum thorum. Unde desiderare filiam alij  
 cuius in uxorem non est prohibitum. sed de  
 siderare eam in libidinem et meretricem.  
 et sic clauditur in sexta prohibitionem

2. Contra illa verba post initium primi capitis  
 Septimum est non concupisces domum pro  
 ximi tui. non servum non ancillam. Ar  
 guit. q. quod licitum est acquirere precio  
 est licitum desiderare. sed domum proximi  
 licitum est precio emere. ergo licitum est ea  
 desiderare. et concupiscere. Si dixeris. q. ubi  
 accipit concupiscentia pro inordinate de  
 siderio. sic similiter non licet concupiscere  
 rem propriam. Item sicut contingit inordi  
 nate desiderare domum proximi. ita contin  
 gue inordinate desiderare dignitatem proxi  
 mi. ergo sicut illud prohibet. ita et illud debet  
 prohiberi. si dicas q. illud clauditur in hac pro  
 hibitione. contra hoc est q. concupiscentia dig



nitatis spectat ad superbiam, et vanam glori-  
 am. Concupiscentia domus ad auaritiam  
 ergo cum ista sint diuersorum generum vi-  
 dee q. in una prohibitione non includantur.

R. Dicendum q. in his verbis prohibet concu-  
 piscentia rei alienae in possessionem querend-  
 quam in illa sufficientiam. Unde in tantum  
 prohibet concupiscentia bonorum temporalium  
 suorum, ut domus, et pecudum: sed etiam in  
 ius cuiusq. alterius rei, quam quis vellet alij  
 propter. et hoc quidem prohibet intelligen-  
 do perse, ut quis non usurpascat alienum  
 manens alienum, vel etiam intelligitur  
 contra ius ordinem. Hoc est quando quis vel  
 let proximum damnificans in re, propter  
 suam utilitatem, tunc enim non diligit  
 proximum sicut se. Unde in precepto isto  
 prohibet omnis auaritia, et cupiditas.

Ad. 1. Ergo argumentum. R. q. concupis-  
 cere ibi dicit appetitum immoderatum, qui  
 etiam prohibet per se rem propriam.

Ad. 2. R. q. Dignitas appetat in ratione  
 sufficienti. Sic spectat ad crimen auaricie,  
 et in isto mandato prohiberi debet, sicut et  
 in ratione excellenti, sic potest dici q. prohibi-  
 bet per primum mandatum, in quo prae-  
 cipitur reuerentia dei, posset tamen dici quod  
 modo clauditur in prohibitione septimi quod  
 dicitur est amor boni proprii, et una est ratio de  
 ordinandi respectu proximi. Sicut multiplex  
 sit ratio de ordinandi respectus sui, id est tubu-  
 na prohibitionis concludit utrobique concupis-  
 centia. Et magis seu specialius prohibetur



concupiscentia domus, q̄ dignitatis, q̄ manifesta erat et sensibilis, et etiam iudgi magis promi erant ad auariciam.

3 circa illa verba ad finem capituli secundi (Cuius decem cordas psalterij utriusque sexu in possitas) Aduertendum q̄, per decem cordas psalterij decem precepta legis intelliguntur sicut enim dauid egregius psalteris domo citare et psalterij spiritum malum a saule expellebat ut dicitur. 1. reg. 16. et iussu nec leonem interfecit ut dicitur in eodem. 17. cap. ita Christus dominus, qui per dauid significatur et corda nostra, quasi psalterium suis decem preceptis percussit, primum mortalium peccatorum feras in nobis occidit, et virtutes perfecit, quibus ad uitam perueniamus eternam in qua cum Christo uiuamus in secula seculorum amen  
De materia huius distinctio agit. D. Tho. 1. 2. q. 100. ar. 4. et q. 98. ar. 1. et 4. et q. 107. ar. 1. ad 2. et q. 114. ar. 10. ad 1. et ibi eius interpretes

3 circa illa verba post medium capituli secundi (Diversa etiam sacramenta subiecta in lege et in noua lege, q̄ illa tantum significabant. Nec conferunt gratiam) Aduertendum q̄, in sacramentis ueteris legis gratia non conferrebat ex opere operato, sed ad eorum presentiam deus conferrebat illam, iuxta fidem, et deuotionem susipientium, in sacramentis uero noue legis est uirtus causandi gratiam ex opere operato passionis Christi domini



ni, fuisse autem uetera uera sacramen-  
ta certum est: et signa practica gratiæ, q̄  
uera signa gratiæ erant, et ad eorum p̄sē-  
tiam gratia conferbat, quod sufficit ad ra-  
tionem signi practici. nec desunt quidē  
in illis ex opere operato sanctitatem quam  
dam legalem causari. Sed in nouis legis sa-  
cramentis est significatio practica, et uera  
causalitas respectu gratiæ. Christus enim  
dominus, per potestatem excellentiæ, ex  
uirtute sui intellectus, in dicit illis signifi-  
cationem; et ex uoluntate applicuit uirtu-  
tem meritorum causatiuam gratiæ. An  
autem physicam, uel moralem, inest hu-  
ius loci, sicut nec disputare. An gratia  
creet, uel per generationem accidentale  
producat. Huiusmodi autem tanta  
uirtus, a qua n. g. ut ait Augustinus, qua  
corpus tangit, et corpus abluat, formaliter  
corporalis est ad modum subiecti recipientis  
scilicet elementi, aut signi sensibilis, est  
tamen uirtualiter spiritalis. oportuit enim  
ait Hugo, ut uetus legis sacramenta prius  
sanctificarentur per uerbum, ut postea sancti-  
ficarentur.

ea uero uirtus in actu qua sacramenta  
efficiunt (uel specialiter in factu esse <sup>scilicet</sup> speci-  
ebus consecratis ut in sacramentis eucharis-  
tiæ) consistit. nec est modo animus dibe-  
rere. An huiusmodi uirtus communicatur  
ueteris sacramentis, quando conficiuntur an  
a principio quando instituta sunt? an in  
principio, aut in fine uerborum? de his enim  
ambigat. sed sufficiat pronunc, q̄, etsi uerbum



Elementum ut sic distincta, sunt quodam  
 dam veluti aggregatum in quo una virtus  
 non videtur posse recipi. significatio tamen  
 verborum, prout intrinsece manet, in ablu-  
 tione. N. g. aut alia sacramentorum ma-  
 teria proxima; illam determinat et info-  
 mat taliter q. fit unum sacramentum, in  
 quo est una virtus. Sabent autem novus Le-  
 gis sacramenta respectu iustificationis vir-  
 tutem influentem, virtutem promerentem,  
 virtutem disponentem, et virtutem effi-  
 caciter ordinantem. Virtutem influentem  
 ratione spiritus sancti assistentis; virtutem  
 promerentem ratione meriti passionis Chr-  
 isti domini, ad sacramentum concurrentis,  
 virtutem disponentem, ratione devotionis  
 ipsius fidelis sacramentum suscipientis. et  
 denique virtutem efficaciter ordinantem  
 ratione divinae passionis instituentis.

fuerunt igitur in veteri lege sacramenta  
 ad salutem fidelium. et in nova lege fue-  
 runt ~~etiam~~ specialius cum virtute ordita a  
 passione Christi, cuius est honor et gloria.


A. circa illa verba ad finem capituli secundij.  
 (audivitis decem chordas psalterij utriusque  
 xvi impositas) Advertendum q. per decem  
 chordas psalterij decem precepta legis in te  
 sequuntur. sicut enim david egregius psalter  
 sonus cytharę. et psalterij spiritum malorum  
 a saule expellebat, ut dicitur. 1. reg. 16. et  
 ursum, et leonem interfecit. ut dicitur in es-  
 dem. 17. ita Christus dominus, qui per david sig-  
 nificat chorda nostra, quasi psalterium huius de-

cern



PES

lib. 3.



cum preceptis percutiens omnium iniqua  
 suorum peccatorum feras in nobis occidit, et  
 virtutes perfecit, quibus ad vitam perue  
 niat eternam. in qua cum ipse vitam  
 per omnia secula seculorum amen.  
 De materia istius distinctionis agit d. Thom  
 1. 2. q. 98. ar. 1. et 4. et q. 100. art. 4  
 et q. 107. ar. 1. ad 2. et q. 114. ar. 10 ad  
 1. et ibi eius interpretes.









*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



































219.

37





THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637  
TEL: 773-936-3700  
WWW.CHICAGO.EDU



657

652

371